
BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
277 D
42

BELLVM SEXENNALE-CIVILE-GERMANICVM.

SIVE:

ANNALIVM ET COMMENTARIORVM HISTORICORVM NOSTRI TEMPORIS DE STATV RELLIGIONIS ET REIPVBLICÆ

LIBRI II.

In quibus omnia ab initio exortorum Bohemo-Germanicorum tumultuum A. C. M. DC. XVII. vſq; ad Annum M. DC. XXII. grauiſſima, inter Inuictiſſimos Impp. MATTHIAM p. m. & FERDINANDVM II. diuerſos S. Ro. Imperii Status, exterosque Reges atque Proceres agitata, Statumq; Relligionis ac Reipublicæ concernentia negotia ordine filoque Hiſtorico commemorantur.

Ex noua recenſione

MICHAELIS GASP. LVNDORPI Hiſtoriographi.





S. Andrea della Valle.



FRANCOFVRTI,

Apud Ioannem Theobaldum Schönvvetterum.

ANNO M. DC. XXII.

AMPLISSIMIS, PRVDENTISSIMIS, SAPIENTIA, longoque rerum politicarum vſu præſtantiſſimis, excellentiſſimiſque Viris:

PRÆTORI,

COSS.

Cæteriſque Scabinis, atq; Senatoribus, Imperialis Reipublicæ Gelnhuſanæ, Spectatiſſimis, Dominis ac Patronis ſuis perpetua obſeruantia colendiſſimis,

MICHAEL GASP. LVNDORPIVS Hiſtoriographus

S. D. P.

CONRADVS, eius nominis III. Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, feliciſſimæ glo- Weinsbur-
riſſimæq; recordationis, Ampliſſimi, Prudentiſſimiq; Viri, Domini obſeruandiſſimi, poſtquā cum oppi.
ū Guelpho, Bauarorū Duce, non vna dūtaxat vice, dubio atq; ancipiti Marte pugnaſſet, cum- dum, vna
dēq; Weinsburgum vſq; inſequutus, nec, niſi oppido & arce euerſis, illinc ſeſe cū mil taribus ſuis copiis diſ cum arce,
ceſſurū, ei dē minatus fuiſſet: nihilominus tamē idē ille Imperator, alias inuictiſſimus, Nobiliſſimarūqua ab Inluſtriſ-
rū à matronarū precib. ac lamentis victus, tamden permiſit, vt inuiolatæ quedē abirent, ea tamen lege ſimu PP.
atq; conditione, vt nihil amplius, niſi quod ferre poſſent humeris, vrbe exportarent. Hac inſigni inſignis Wurtenb r
Victoris clementia igitur pientiſſima iſta fœmina freta, non aurum, argentum, gemmas, aliumq; quem gicis hodier-
dam mundum muliebrem, ſed ſolos maritos, in humeros ſublatos, teneroſq; atq; puſillos liberos in am ne temtore
plexu tenentes, ex deuicta vrbe deportarunt. Imperator idcirco, ingenioſiſſima hacce mulierculaꝛum pſſidetur.
Philoſtorgia motus, omnibus lautiſſimo conuiuio exceptis, omnem iiſdem culpā clementiſſime remiſit.

Ex cuius admiranda dulciſſima hiſtoriæ narratione Laurentius Medices Florentinorum Prin- De inſigni
ceps ægrotus, abſq; vlla medicamentorum ope, Bodino teſte, à morbo iterum co naluit: quemadmodū hacce mulie
& Alphonſum, ac Ferdinandum, Hiſpaniarum ac Siciliæ Reges, hunc qui em à Q. Curtii, illum verò rū erga ma-
à T. Liuii lectione, valetudinem amiſſam (quam tamen præſtantiſſimi etiam ſuiq; medici ſanare non ritos pietate
poterant) recuperaſſe hiſtoriarum monimenta ſatis ſuperq; teſtantur. ô admirabilem igitur, iucundā, Chron. Car.
ac fructuoſiſſimam hiſtoriarum lectionem: Hæc ſiquidem, adſtipulante nobis Carolo Sigonio, res ge- Camerar.
ſtas, veteremq; memoriam omnē continet: hæc bellicoſarum gentium, imperioſorum populorum, poten- Gols vvurm
tium Regum, fortium virorum glorioſa & inluſtria facta commemorat: hæc continentiæ, grauitatis, &c. legātur.
Iuſtitiæ, fidei, fortitudinis, atq; omnium denique virtutum exempla quāplurima ob oculos ponit, quæ ipſi non
modo magna cum voluptate & admiratione legentes intueamur, ſed magno etiam cum noſtro fructu Laur. Medi
imitemur. Hæc eadem, denique, ſola, mea quidem ſententia, indicat, non ſolum quantum cæteris animan ces Dux Flo
tibus, ſed quantum etiam cæteris hominibus homo præſtet, cum ea, quæ, antequam natus ſiet, accide- rentiæ.
rint, non aliter, atq; ſi ipſe interfuiſſet, cognoſcere antiquitatis ſtudioſiſſimus quiſq; poſſit. Adde quod
Hiſtoria non dumtaxat in omni vita noſtra actione vtilis, ſed & perquam ſiet neceſſaria. Nam; Ferdinan-

> Hæc quid ſit pulchrum, quid turpe, quid vtile, quid non, dus & Alphō
> Plenius, ac melius Chryſippo & Crantore dicit. ſus Hiſpan

In Hiſtoriis inſuper (vt de ſuo illud hic mihi largiatur Vir CL. & IC præſtantiſſimus H. reſbachius, Ducis Iuliacenſis &c. quondam Conſiliarius) licet intueri aliorum Principum gubernationes ac Siciliæ Reges.
& ſucceſſus, morumque & gubernationis exempla hinc melius, quam à Philoſophis, petentur. Siquidem vita Principum & ſucceſſus Imperiorum proſunt, dum eorum exitu & deterrentur mali, & boni ad honeſtum, virtutemq; accenduntur. SPECVLVM, enim, CIVILIS VITÆ HISTORIA; in quo Heroes, Principes, Nobiles, & quotquot Reip. atq; Imperiis deſtinati, ſeſe contēplari debēt. In Summa:


Lib. de erudiendis Principum liberis, pag. 92.

Hâc, (historia) nulla omnino vitæ pars, siue publica, siue priuata sit, carere potest. Cognitio historiarum insuper & hoc confert, quod non dumtaxat præconium laudis virtuti tribuit: quemadmodum cõtra vituperium malitiæ, & improbitati viuentibus adhuc: sed quod homines, etiam post obitum, claros reddit. Quibus de caussis Sapientissimi & fortissimi quiq; Heroes, Reges, Principes, Oratores, & Philosophi non solummodo ipsi diligenter, & libenter legerunt historias, verum etiam earumdem lectionem aliis studiose commendarunt.

Horum vestigiis, Amplissimi, Prudentissimiq; viri, Domini multis mihi nominibus colendissimi, & ego quidem pro virili, & tenui meo talento insistens, laudatissimo isto studio me, respectiue, totum, deuoui, &, intra X annorum spacium, non contemnendos sane Tractatus Historicos in apertũ famæ campum produxi. Ante sexennium quoq;, A.C. videlicet M.DC XVII. S.R.Imperio, ut Deus Ter Opt. Max. illius hostes mirabili modo compescuisset, uberi dedisset, &, contra stimulum calcitrare durum esse, eosdem docuisset, fatali ferme, exortos motus Bohemicos, eorumdem caussas, progressus, difficillimaq;, Statum Religionis & Reip. concernentia, negotia, distinctis in Opusculis cum Philo-Historicis communicaui. Qui sane meus labor non omnino fuit irritus, sed suam apud laudatos (momos heic nil moror) laudem est promeritus. Quum vero non infimæ notæ viri me, non vna dumtaxat vice peramice compellauerint, ut vniuersam Historiam Bohemo-Germanici belli in vnum corpus redigerem, & grata cum posteritate communicare ne dedignarer, iccirco Philoponus, & ad laborem natus, ego, tam honestæ cum vtilitate publica coniunctæ ipsorum petitioni deesse minime, sed omnem istam rei Bohemo-Germanicæ gestæ seriem, duobus libris comprahensam, luce publica donare, ac Amplissimis, Prudentissimisq; vobis Dominis ideo sacram esse volui, quod non sim nescius, quanto fauore, amore, & honore IOANNEM LVNDORPIVM, *Scholæ Vestræ Rectorem olim fidelissimum, patruum meum, heu quomdam, desideratissimum, (cuius cineres, in Cathedrali vestra Ecclesia, olim insigni pompa funebri inibi sepulti, alma in pace, ad magnum illum iudicii diẽ vsq;, quiescunt) prosequuti sitis. Quantis econtra ille, dum viuere liceret, præconiis A.V. aliquoties ambabus, vt aiũt, manibus ad cælum vsq; & merito quidem, extulerit, lacrumæ, vbertim profluentes, & tanti viri memoriam mihi denuo refricantes, pluribus id heic commemorare minime permittunt.*

Accipite igitur, Viri Amplissimi, Domini Colendissimi, hunccé meum laborem Historicum (qui, ob ingentia quomdam in Patruum meum p. m. collata beneficia, vobis merito debetur) hilari ac serena fronte, nec munus illud chartaceum, sed dantis potius animum respicite. De quo vt nullus dubito, ita & nunc Deum Ter Optumum Max. ex intimis cordis mei penetralibus rogatum volo, vt perturbatis, turbulentisq; hisce temporibus, Rempub. Vest. ad diuini sui nominis gloriam, quam diutissime adhuc florere clementissimè permittat. Valete & pro pace patria nobiscum orare haud desistite, Viri Prudentissimi, Domini Colendissimi. Raptim ex Musaiolo nostro Mœnofrancofurti Kal. Septemb. in ipso Nundinarum Autumnalium strepitu.

A. C. M. DC. XXII.



DE BELLO SEXENNALI
Germanico liber primus.

M. DC. IIIXX.

Cæsareæ Maiest. Bohemiæ Ordinibus ad deliberandũ facta propositio.

DE magnis istis etiamnum, iusto Dei iudicio, durantib. motibus cædibus, latrociniis, direptionib. aliisque horrendis prouinciarum deuastationibus, quæ hactenus in vniuersa Europa, Viciniisq; regionibus, insuperabili incolarum damno atque detrimento, contigerunt, priusquam aliquid dicamus, operæ pretium fore ęstumamus, si Cæsareę suę Maiest. paternam adeo, erga regnum Bohemię incorporatasque eisdem Prouincias, curam beniuolentissimamq; adfectionem præmittamus, atq; tandem toti terrarum orbi manifestum reddamus, NON CÆSAREM, sed, vice versa, PAUCOS DUMTAXAT REBELLES BOEMOS, sibi priuatisq; suis cõmodis, non Patriæ aut Reipublicæ inuigilantes, ad late serpens atq; inextinguibile prorsus incendium ansam occasionemque prębuisse. Posteaquam igitur Romano-Cęsarea, Hungariæ itidem Bohemięq; Regia Maiestas, MATTHIAS, ad III. d. Maii præsentis M. DC. IIIXX. anni vniuersalem ordinũ conuentum Pragam versus indixisset, & modo iã dicti Bohemiæ ordines magno numero inibi cõparuissent, Cæsar, paternum suũ erga Bohemiæ regnum adfectum demonstrans, & vt, se adhuc viuente, eidem regno certum legitimumque caput præficeret, omnia quoque late sese extendentia mala, & metuendam vniuersalem totius istius Regni desolationem atque ruinam in tempore averteret, sequentem propositionem iisdem ordinibus fieri curauit.

M. DC. IIIXX.

Romano-Cæsarea, Hungariæ quoque Bohemięque Regia Maiestas, Dominus noster clementissimus, tam frequentem fidelissimorum suorum Bohemiæ ordinum hoc ipso die factum conuentum clementissime agnoscit, parique clementia Cæsarea iisdẽ

M. DC. IIIXX.

significat se videlicet, clementissime sibi in memoriam reuocasse, quatenus nimirum huius regni ordines non dumtaxat Cæsareæ suæ Maiestati, verum etiam laudatissimis eiusdem Maioribus & Antecessoribus, ingentibus contributionibus aliisque auxiliis, in totius Christiani orbis emolumẽtum præsto fuerint, vitam fortunasque suas impenderint, & ita cæteris quoque Cęsareæ suæ Maiestatis regnis atque Prouinciis laudabile exemplũ relliquerint, certa indubiaque spe fretam, ordines imposterum quoque eamdem suam beniuolentiam & fidelitatem pari obsequio cõtinuaturos esse. Vt autem laudissima sua Cæsarea Maiestatis sibi, suisque Antecessorib gloriosissimis, à Bohemiæ Ordinibus in omnibus necessitatibus pręstita auxilia & subsidia, humillimum amorẽ, beniuolentiã & obsequium Cæsareo-Regia clementia iterum ex parte compensaret, gratoque paternoque animo prouideret, vt imposterum quoq; hoc regnum, vna cum incorporatis suis prouinciis, in tranquillo pacificoq; statu atque concordia conseruari, & omne illud, quod inter laudatissimam suam Cæsaream Meiest. & fideles eiusdem Ordines, atq; subditos, ad discordiam & lites causam occasionemq; præbere possit, mature auerti queat. Eapropter quum sese æque, ceu mortales relliqui, morti (quod tamen Deus Ter. optumus Maxumus adhuc diu clementissime pręcaueat) obnoxiam esse sentiat, neutiquã permittere cupit, vt regnum hoc Bohemiæ, eidemve incorporatæ prouinciæ, absque capite, & futuro Rege atque Domino permaneant, eoque ipso forsitan perniciosam aliquam mutationem, vti antehac aliquoties factum, & detrimentum exitiosum patiantur. Quocirca, iuxta laudatissimum Dominorum suorum maiorũ exemplum, huic malo satis quidem tempestive, dumque adhuc in viuis esset, præuenire, & in tempore prouidere voluit, vt videlicet, si fortassis ex omnipotentis Dei voluntate absq. prole mascula ẽ viuorum consortio eximeretur, Regno Bohemiæ eidemve incorporatis Prouinciis, ad eiusdẽ earumdemve commodum atque emolumentum, futurus Rex & Dominus sufficeretur atq; ita omnis discordia & metuenda pernicies eo maturius auerteretur.

Quum etiam * porro sibi in animum induxisset, Serenissimos Archiduces Maximilianũ & Albertum, senio confectos, masculisque hæredibus destitutos esse, iccirco commodissimum tutissimumq; fore arbitrata est, vt Cęsareæ

*Cæsarea sua Maiestas.

sareæ

M. DC. IIIXX.

ſarea ipſius Maieſtatis Dominus conſanguineis, Archidux FERDINANDVS (qui non paucas ſane hæreditarias, ſuas Prouincias poſſideat, eumdemque Cęſarea ſua Maieſtas, ob inſignes heroicaſve virtutes & qualitates ipſius, quibus à Deo Ter optumo Maxumo, præ cęteris mortalibus Principibus eſt prędictus, habita prius matura deliberatione atq; conſultatione cum Dominis ſuis fratribus germanis, atque adeo vniuerſa Domo Auſtriaca, in filium adoptiuum elegerit) in Bohemiæ Regē acceptaretur, publicaretur, atque coronaretur, quemadmodum etiā ambo Cęſareę ſuę Maieſtatis Domini fratres germani, tenore litterarum ſuarum reuerſalium, quæ pro decenti more Ordinibus tradentur, omni ſuo ad hoc regnum habenti iuri renunciarunt, eius rei gratia bene contenti ſunt, adeo vt in hoc vniuerſali conuentu nulla amplius tractatio requiratur. Quapropter Cæſarea ſua Maieſtas à fideliſſimis ſuis Ordinibus clementisſime petit, vt, commemoratis iſtis grauisſimis cauſis probe diligenterq; perpenſis, Serenisſimū Dominum Archiducē FERDINANDVM in Regem ſuum, ſi forſitan, vti paulo ante dictum, Cæſaream ſuam Maieſtatem abſque maſculis liberis mori contingat, accepent, publicent, eidem Regium titulum concedant, eumdemque pro Rege atque Domino ſuo habeant, colant, & venerentur, tum etiam vt iidem Ordines de certo quodam Regiæ coronationis die inter ſe inuicem conueniant.

Vice verſa Serenisſimus Archidux FERDINANDVS huius Regni ordinibus, in exhibitis litteris ſuis reuerſalibus cauebit, ſe nimirum, viuente adhuc Cæſarea ſua Maieſtate, Regni iſti' adminiſtrationi & regimini nequaquam immixturum, ſuapte, abſq; ſingulari Cæſareæ ſuæ Maieſtatis voluntate, vna cum deliberatione ſupremorum officialium Prouincialium, Iuris Prouincialis Adſeſſorum, & Conſiliariorum Cæſareorum, aulico-Cameræ iuris ſeſe non participē redditurum, vſq; ad Cæſareæ ſuæ Maieſtatis ex mortali hacce tempeſtate ad meliorem vitam egreſſum, modo hodierno tempore coronatus Rex Bohemię nuncupetur, pro tali habeatur, eidemque titulus coronati alicuius Bohemiæ Regis impertiatur.

Porro: ſi fortasſis Serenisſimus Archidux Ferdinandus, viuente etiamnum Cæſarea ſua Maieſtate, regimini, abſque ſingulari mandato & voluntate Cæſaris, vti dictum, ſeſe immiſcere conetur, quod tum in ſimili caſu Ordines Serenisſimæ ipſius celſitudini

M. DC. IIIXX.

ad præstanda alias debita obsequia, non amplius obligentur: quemadmodum etiam vicissim Serenissima ipsius Celsitudo omne illud, quòd tam Cęsarea sua Maiestas, quam cęteri etiam Bohemiæ Reges, iuramenti, Priuilegiorum confirmationis, aliorumq; ad id requisitorum gratia, pręstiterunt, clementissime itidem & prompte præstare & exequi tenebitur.

Ea propter Cęsarea sua Maiestas certo sibi pollicetur, fidelissimos ipsius Ordines grauissimam summeq; necessariam istam tractationem, absque vlla remora atque impedimento, in manus sumpturos, & supra commemorato modo negotium istud commodissime promoturos. Id cum primis Cęsarea sua Maiestas, tum etiam eiusdem suauissimi Domini fratres germani, quemadmodum etiam Cęs. suæ Maiest. consanguineus & filius, Ordinibus, & ex iisdem vnicuique in specie, clementissime recompensabunt, eorumdemq; fidelissimorum Ordinum clementissimus Imperator atque Rex imposterum permansurus est.

Bohemiæ Ordinum ad propositionem Cæsaream responsio.

Hancce Cęsaream propositionē Ordines Bohemię VI. & VII. Iunii in maturam deliberationē pertraxerunt. Postquā igitur Cęsarea sua Maiestas nihilominus, vna cum Archiduce Ferdinando & prouincialibus Ordinibus, in Prouinciali Palatio comparuisset, Ordines, ad modo dictam istam propositionem Cæsareā, sequentem ferme in modum responderunt. INVICTISSIME, potentissimeque Romanorum Imperator, Hungariæ Bohemięq; Rex, Domine clementissime. Quod Cæsarea vestra Maiestas proxime elapso die ERICI, tam per Prouincialis conuentus propositionem, quam oretenus etiam nobis trib. Regni Bohemiæ Ordinibus, Cæsareo-Regiæ vestræ Maiestatis fidelissimis obsequentissimisq subditis, clementissime proponi curauit, illud omne humillimo in obsequio percepimus, & Cęsareę vestrę Maiestati nos III. Ordines, pro paterna adeo erga hoc Regnū cura, vt videlicet illud, vna cum incorporatis Prouinciis, in pace, charitate, atque concordia permanere, atq; non dumtaxat hocce tempore, verum etiam imposterum in trāquillo quietoq; statu conseruari queat, ingentes humillimasque gratias referimus. Cumque nos omneis & singuli cum Cæsareæ vestræ Maiestatis supra nos regimine atq; imperio optume cōtentissimus, iccirco Cęsareę vestræ Maiestati à Deo Ter Optumo Maxumo longæuā vitā, prosperam valetudinē, hostium suorum.

M. DC. IIIXX.

suorum debellationem, fœlicissimum auspicatissimumq; supra nos, incorporatas prouincias, atque adeo vniuersum Christianũ terrarum orbem imperiũ, in tanto honorũ summo culmine charissimâ suauissimaq; thori pignora, atq; ita in omnibus suis actionibus diuinã benedictionem sincerè atq; fideliter precamur. Cæsaream tamen vestrã maiestatem non minus humillime obsequiosissimeq; rogamus, vt in tam clementissimo felicissimoque super nos regimine, absque vlla immutatione ad vitæ suæ finem vsque perseuerare, & dein' apud nos in hocce regno, cum sua residentia, pro virili commorari clementissime dignetur.

Quantum igitur ad Cæsareæ vestræ Maiestatis clementissima postulata, siue nobis clementissimè factã propositionem attinet, quodque de hoc regno (si forsitan Deus omnipotens Cæsaream vestram Maiestatem absque thori pignorib⁹ ex hoc immundo mũdo euocare dignetur) adeo paternè fiet sollicita, quũ Cæsarea vestra Maiestas, tamquam dominus noster clementissimus, & verus pater patriæ, nil aliud, nisi regni huius eidem incorporatarũ prouinciarum, eiusdemque subditorum, commodum atque emolumentum quærat, illud ipsum etiã

M. DC. IIIXX.

effectui dare atq; promouere clementissime parata fiet, cũ tamen nos ordines, etiamsi de hac Cæsareæ vestræ maiestatis clementissima propensione atque voluntate nihil nobis esset cognitum, non dumtaxat tale quidpiam nõ moliri, neque etiam (quod Deus clementissime auerruncato) nobis vmquam in mentem venire pateremur.

Si enim hocce Bohemiæ regnum, eidemue incorporatę prouinciæ, Cæsarea vestra Maiestate etiamnum viuente, absque futuro Rege atq; domino permanere debeant, bone Deus quot perniciosæ mutationes (quę pari modo & in aliis prouinciis olim exortæ sunt) iis metuendæ essent, in quas tamen Cæsarea vestra Maiestas, nos, tamquam fidelissimos eius subditos, minime precipitare clementissime dignatur. Quumque Cæsarea vestra maiestas vlterius quoque clementissime perpendat, & reipsa cognitum perspectumque habeat, quatenus videlicet serenissimus Archidux FERDINANDVS, ex Regio sanguine procreatus, tam Cæsaris FERDINANDI, tamquã electi Bohemiæ Regis, & eiusdẽ Reginæ ANNÆ, regni huius hæredis, & ita ambarum Cæsarearum Maiestatũ laudatissimæ memoriæ, nepos, à Cæsarea vestra Maiestate cõsilio domino-

M. DC. IIIXX.

minorum suorũ fratrum Germanorum, æque adeo totius laudatissimæ domus Austriacæ, in Cæsareæ vestræ Maiestatis filium adoptiuum acceptatus fuerit, serenissimus Archidux insuper naturalem quandã erga hoc regnum adfectionem habeat, singularibusq; donis ac virtutibus à Deo Ter Optumo Maxumo ornatus siet, ita vt in ipsius serenissimæ Celsitudinis persona Dei timor, sapientia, iustitia, bona discretio erga pauperes, humanitas & beniuolentia vbertim reperiantur, ita vt certa spes concipiatur, ipsum aliquando; si res feliciter successerint, hocce regnũ in Dei laudem, ipsius regni incorporatarumq; prouinciarum commodum atque emolumentum feliciter administraturum, ampliaturumque esse: quodque idem serenissimus Archidux FERDINANDVS non paucas eius hæreditarias prouincias possideat & denique, multis iisq; grauissimis caussis probe perpensis, singulare Dei decretum atque voluntas siet. Eapropter acceptamus & publicamus, in nomine SS. Trinitatis, (quæ ipsa huic nostro proposito benedicere & adesse velit) ad istam Cæsareæ vestræ Maiestatis, tamquam Bohemiæ Regis, clementissimam petitionem, cum eiusdem clementissimo consensu, serenissimum Archiducem FERDINANDVM, Cæsareæ vestræ Maiestatis dominum cõsanguineum & filiũ huius mundi, sequentem potissimum in modum, nempe: Si videlicet Deus omnipotẽs Cæsaream vestrã Maiestatem, absque in thoro legitimo procreatis liberis masculis, ex hac miseriarum vale euocare debeat, in regem Bohemiæ, tamquam ex supra cõmemoratis Dei donis & virtutib⁹ Regio isto fastigio dignũ, quique, Deo volente, huius regni bono publico, commodo atq; emolumento diligenter inuigilaturus est, eumdemque vnanimiter omneis, ex veteri more atque consuetudine, pro nostro rege atque domino cum omni reuerentia agnoscimus: ita vt serenissima ipsius Celsitudo Archidux FERDINANDVS, in die SS. Petri & Pauli Christi discipulorum, qui erit dies Iouis, & 29. mensis huius Iunii, (si id tamen Cæsareæ vestræ Maiestati, cui præscriptũ nihil volumus, ita visum fuerit) heic in arcis Pragensis templo, S. Vito Martyri sacro, ex veteri ista cõsuetudine, auxiliante diuina gratia feliciter coronetur, attamen cum Cæsareæ vestræ Maiestatis grauissimis reseruationibus humillimo cum obsequio calculum nostrum adiicientes.

PRIMO, vt serenissima ipsius Celsi-

M. DC. IIIXX. Celsitudo ordinibus, in ipso coronationis actu, consuetum iuramentum præstet, tum etiam omnia priuilegia, Maiestates, concessiones, libertates, iura, prouincialem constitutionem, bonas priscas consuetudines & obseruationes, in omnibus punctis clausulis, nihil exceptis, non secus quam vti Cæsarea vestra Maiestas, Rex atque dominus noster clementissimus, & ante eum omneis relliqui Bohemiæ Reges præstiterunt, pariter confirmet. Cum autem modo iam commemorata confirmatio, viuente etiamnum Cæsarea vestra Maiestate, à serenissimo Archiduce FERDINANDO fieri nequeat, sed demum à morte Cæsareæ vestræ Maiestatis, (quod tamen Deus Ter Optumus Maxumus adhuc diu clementissime præcauere velit) iccirco, si Cæsarea vestra Maiestas ex diuina voluntate è viuorum numero excesserit, & serenissimus Archidux FERDINANDVS Regni gubernacula inchoauerit, quod tum videlicet, intra IV. Septimanarum spacium videlicet, confirmatio paullo apte dictorum priuilegiorum, Maiestatum, concessionum, libertatum, iurium, omnium bonarum constitutionum & obseruationum, in omnibus punctis & clausulis, nihil exceptis, non secus, quam vti Cæsarea vestra Maiestas, dominus noster clementissimus & priores Bohemiæ Reges pro decenti more præstiterunt, fieri debeat, eademque supremo Pragensi Burggrauio, vel, si tum temporis nullus in viuis exstiterit, proximo præcipuo prouinciali officiali certo tradatur: quam confirmationem modo dictus Burggrauius, vel proximus officialis post eum, ex ipsius manibus accipiat, & postmodum in proximo prouinciali iudicio, præcipuis officialibus prouincialibus, iurisque prouincialis Adsessoribus præsentibus, ad prouincialem tabulam descriptorũ prouincialium priuilegiorum deponat, ita vt inde, ex præscripto decreto Conuentus prouincialis, ea de caussa facto, ad Regni Bohemiæ priuilegia Carolsteinium versus deinceps transportetur, inibique, veteri de more, sancte custodiatur. Iam vero, & in ipsa coronatione quidem, serenissimus Archidux FERDINANDVS ordinibus Regni Bohemiæ reuersales literas tradere teneatur, in quibus promittat, sese, viuente etiamnum Cæsarea sua Maiestate, tamquam legitimo Bohemiæ Rege, Domine nostro clementissimo, regimini suapte, absque singulari consensu atque consultatione ipsius

M. DC. IIIXX.

M. DC. IIIXX. ipsius Cæsareæ Maiestatis, supremorum officialium prouincialiũ, iurisq; prouincialis Adsessorum, Cæsareæ vestræ Maiestatis Consiliarii Aulico-Cameræ iuris, & duarum personarũ dominorum ordinũ ex quolibet circulo Pragensium delegatorumque, ex cæteris vero vrbibus 6. personarum, cum hoc prouinciali conuentu constitutarum, nullo modo immiscere velit, vsque post mortem Cæsareæ suæ Maiestatis: sed serenissima ipsius Celsitudo solummodo iam coronatus Bohemiæ rex nuncupari, pro tali haberi, ipsiusque Celsitudini titulus coronati alicuius Bohemiæ Regis concedi debet.

Sin vero serenissimus ille Archidux FERDINANDVS, Cæsarea vestra Maiestate etiamnũ viuente, regni administrationem forsitan capessere velit, tum nos ordines, isto in casu, ipsius Celsitudini nullo iuraměto vel obsequio obstricti esse volumus, hac expressa in ipsius Celsitudinis literis reuersalib' cautela addita, quod idem ille serenissimus dominus FERDINANDVS supra commemoratam cõfirmationem prouincialiũ priuilegiorum eiusdemque insinuationem supremo Pragensi Burggrauio, vel, ipso mortuo, proximo supremo prouinciali officiali, [illegible] 4. septimanarum spacium, à Cæsareæ vestræ Maiestatis morte, vel inchoato regimine serenissimæ ipsius Celsitudinis tradere teneatur. Cumque in regno Bohemiæ, veteri de more, in Regum inaugurationibus certa quædam contributio facta fuerit, eapropter in eandem consentimus, nimirum semestrale interesse, circa futurum diem Galli, quam à subditis nostris interea postulabimus, & ad instans festũ SS. incarnationis Iesu Christi, vel 6. septimanas post illud deducemus atque trademus: qui articulus non minus, quam etiam antea, vsitatus, & in decretum prouinciale relatus est. Quemadmodum etiam commissionis ad Carolsteinium, ad acceptionem aduectionemque coronæ regiæ, aliorumque in auguratione vsitatorum clenodiorum, in conuentu prouinciali, certa constitutio fieri debet. M. DC. IIIXX.

Hic autem noster omniũ III. Regni huius Bohemiæ ordinum cõsensus, ad Cæsareæ vestræ Maiestatis tam clementissimam petitionem, à nobis ex humillimo amore & libera voluntate factus, priuilegiis Regni Bohemiæ nihil omnino derogabit, neq; eiusdem concessionibus, libertatibus, sanctionibus, bonisque constitutionibus, veteribus ritibus atq; obseruationibus quicquã detrahet,

i[illegible]e

M. DC. IIIXX.

Idque tam hodie quã in futura sempiterna tempora Publicatum in palatio prouinciali Pragensi, Cæsarea Maiestate, & ambobus dominis Archiducibus, MAXIMILIANO & FERDINANDO, præsentibus, die Veneris, à Meride 9. Iunii A. C. M. DC. IIIXX.

Postquam igitur hoc decretũ, in ante dicto isto prouinciali palatio, perlectum, & ordines à supremo Burggrauio interrogati fuissent, num videlicet vnus, vel alter quicquam cõtradicere posset, nemine autem contranitente, sed omnibus electionem istam approbantibus, Burggrauius serenissimam ipsius celsitudinem FERDINANDVM publice in Bohemiæ Regem proclamauit, &, in nomine SS. Trinitatis, eidem prosperum fortunę successum, vitæ longæuitatem, & pacificum imperium, prouinciis earumdemue inquilinis vero pacem & protectionem ex animo precatus est: quã Burggraui gratulationem ordines repetiêre, & Rex præcipuis regni officialibus, cum oblatione gratiæ & clementiæ, manum porrexit.

Pacificationis, inter Regem Sueciæ & magnum Russorum

Hæc dum gererentur, magni isti, etiamnum inter Poloniæ & Sueciæ Reges durantes, motus, ad pacificum tamdem statum inclinarunt, eapropter ambo isti Reges magnum Moscouiæ principatum non exiguo sane bello hostiliter inuaserunt dum binæ, modo iam commemoratæ, partes, multis arcibus & ciuitatibus occupatis, per multos simul populos sibi subiugârunt. Cum autem magnus ille Moscouiæ princeps contra duos adeo potentissimos Reges, alias inter se inuicem dissidentes, ægre duo castra sustentare posset, iccirco Regem Angliæ, & Generales confœderatarum prouinciarũ Belgicarum ordines, per legatos & internuncios suos, in auxilium vocauit, qui sane, cumprimis contra Regem Poloniæ, ipsi nõ dumtaxat opem suã promiserunt, sed & ipso facto quodammodo præstiterunt. Non abs re tamen, quũ anceps fortuna belli, euẽtus semper dubius, serenissimus ille Britannicarũ Insularum Rex, reconciliationem Sueci cum Mosco suadens, Ianum Merickium Equitem, Legatum suum ad pacificationem in Sueciã misit, qui tamdẽ singulari sua industria tantũ perfecit, vt vtriusq; aduersæ partis delegati Stolboæ cõpararerent, inibi omnes res cõtrouersas cõponerent, & pacificationis articulos cõstituerent, qui denique nupero Martio, in nomine SS. Trinitatis, sequentem in modum confirmati sunt:

M. DC. IIXX.

principem, Michaelem Fœderuitium, articuli.

I. Omnia sublata, sepulta, & obliterata sunto quæ præteritis hisce

M. DC. IIXX.

hisce annis, à pacificationis Teusiněsis institutione A.C.MDXCV inter quomdam potentissimū serenissimumq; Regem Sueciæ, Carolum, nominis eius IX. Regiæ ipsius Maiestatis laudatissimū dominū parentem, dein' quoq; inter potentissimū itidem & inclytum Regem Sueciæ Gustauum Adolphum, & Russiacos dominos Zares, cumprimis magnū principem Michaelem Fœderuitium, & Regnū Russiæ, amboſq; Monarchas, prouincias, vrbes, populos, ministros, & subditos, deprædationibus, incēdiis, lanienis, aliisq; hostilitatibus, à quo etiā illæ perpetratæ fuerint, contigerunt: ita vt omneis hactenus exortæ diffidentiæ omnino tolli, & à nulla parte vmquā denuo cogitari debeant, sed vice versa, tenore præsentis pacificationis & cōtractus, in sempiterna secula inter potentissimū Regem Sueciæ, dominum Gustauum Adolphum, magnum dominū Zarem magnumq; principem Michaelem Fœderuitium, eorumdemue dominia, prouincias, & vrbes, tam omnia quę ipsis de antiquo iure competebant, iisdemq; per hanc pacificationē restituta, etiā inter omnes ipsorum subditos denuo renouata, confirmata, atque inuiolabiliter seruata sunt, cōstans pax & sincera amicitia atq; concordia permanere debeat, adeo vt tā Regia sua Maiestas, quam ipse etiā magnus Moscouiæ princeps, siue Zaris, alter alteram fauore prosequi, alter alterius commodo inuigilare, & alter alteri omnia æquitatis humanitatisque officia præstare teneatur.

M. DC. IIXX.

II. Quem in finem potentissimus rex Sueciæ, dominus Gustauus Adolphus, ad testandam suam erga magnum dominum Zarem & magnum principem Michaelem Fœderuitium, beniuolentiam, conseruandamque Christianam pacem atq; concordiam, tam pro se, quam suis etiam hæredibus atque successoribus, Sueciæ Regib⁹, Regnoq; vniuerso, magno domino Zari & magno principi Michaeli Fœderuitio, ipsius hæredibus & successoribus, magnis Russiæ principibus, totiq; Regno Russico, tenore præsentis pacificationis & contractus restituerunt, omnes Russici Regni arces atque vrbes, quæ superioribus annis occupatæ fuerūt, imprimis vero Nouogardiā magnam, Stararussam, Porckouiā, Lagdam & Augdouiā, earumdemue territoria atq; Sommerensem ditionem: pari modo & omnia Coronæ bona, Metropolitas, monasteria, tā concessa quam hæreditaria bona, vna cū omnibus suis pagis, villis, & iurisdictionib⁹ in veterib⁹ suis limi-

M. DC. IIXX. limitibus; exceptis tamen iis arcibus atq; vrbibus, quibus magnus Zar Regiæ suæ Maiestati, vi pacificationis huius, cessit, vti ex sequentibus aliquanto clarius patebit.

III. Similiter potentissimus inclytusque rex Succiæ Gustauus Adolphus, penes ante commemoratas arces, restituit magno domino Zari, & magno principi Michaeli Fœderuitio omnem ornatũ Ecclesiasticum ad Sophiam, seu in lingua Russica, Dei sapientiam siue ad omnes alias Ecclesias atque monasteria in Nouogardia, aliisque arcibus & vrbibus pertinentẽ, omnes pariter & Metropolitas cum omnibus suis Ecclesiasticis atque propriis bonis, quemadmodum & omnem populum Russicum, cuiuscunque status atque conditionis etiam ille fiet, in istis arcibus atque vrbibus habitantem, cum omnibus vxoribus, liberis, atque bonis suis propriis: omneis itidem literas, & libros ad Cancellariam spectantes: omnia etiam tormenta Russica eorumdemue instrumẽta necessaria, omnesque campanas in ante dictis arcibus & ciuitatibus antehac repertas, iuxta recessum & contractum, præsente magni Britannicarum Insularum Regis legato, domino Iano Merickio, tum temporis initum: iis tamen campanis exceptis, quas postmodum ipsi Nouogardienses, ad persoluenda militibus stipendia, vendere potuerunt, & Nouogardia deductæ fuerunt. Quas antẽ campanas Regiæ suæ Maiestatis milites vel alii subditi nõ emerunt, sed alias acceperunt & deduxerunt, omnes istæ, diligenti facta prius inquisitione Nouogardiæ restituentur: quemadmodum etiam & reliquæ campanæ, à Regio milite emptæ, & forsitan Neogardiæ rellictæ, pro eodem pretio Nouogardiẽsibus restituentur: nec tamen imposterum Regiæ Maiestatis militi Nouogardiæ campanas emere vllo modo fas esto. M. DC. IIXX.

IV. Similiter & potentissimi domini Regis Succiæ Gustaui Adolphi milites, ex ante commemoratis arcibus & ciuitatibus dimissi, magni domini Zaris & magni principis Michaelis Fœderwitzii copiis militaribus in Nouogardia, Stararussa, Porckouia, Lagda earumdemue territoriis, quemadmodum & in Sommerensibus ditionibus, incendiis, rapinis, cædibus aliisque hostilibus attentatis nullum prorsus damnum inferent, multo minus ex populo Russico, neminem, tam mares quam fœminas secum abducent, nec eorumdem bona auferant. Si qui vero ex gente Sue-

M. DC. IIXX.

Succia in cõmemoratis istis arcibus & vrbibus quædam sua bona non secũ auehere possint, ea apud illum, cuius fidei credentur, tam diu in custodia integra atque illæsa permanebunt, donec vel ipse depositor adueniat, vel tamen alium suo loco mittat: qui cum iisdem bonis tuti progredi, tutique iterum regredi poterunt.

V. Pari modo potentissim illius Succiæ Regis, Gustaui Adolphi, Vicarii & Officiales, magni domini Zaris magnique principis Michaelis Fœderuitii constitutis Vaiuodis & officialibus, pro ante cõmemoratis arcibus & vrbibus, magnã Nouogardiam, Stararussam, Porckouiam, cum suis ditionib', qui & Sommerense territoriũ, vel in præsentia magni Britannicarum Insularum Regis legati, domini Iani Merickii, vel Regiæ eiusdem Maiestatis cuiusdã Nobilis Aulici, vel illius, quẽ magnus ille Mericki' substituet, restituẽt, idq; post 14. dies à pacificationis istius contractu, manu; sigillo, literis, iuramento ad SS. Euangelia, ex vna, ex altera vero parte osculatione S. Crucis, concluso atque confirmato.

VI. Postmodum etiã arx Lagda, vna cum eius territorio, intra trium septimanarũ spacium, à pacificationis istius contractus confirmatione, per potentissimi Suecorũ Regis, Gustaui Adolphi, vicarios & officiales, magni domini Zaris & magni domini principis, Michaelis Fœderuitii constitutis Vaiuodis & ministris, in præsentia magni Britannicarũ Insularum Regis Nobilis Aulici, restituetur idq; cum omni populo Russico & simul omnibus tormentis Russicis. Similiter & Regiæ suæ Maiest. miles neminem ex gente Russica secum abducat, lædat, vel spoliet, neq; ante commemorata tormẽta secum auferat. Augdouia eiusdemue territorium vero tam diu in manibus potentissimi Suecorũ Regis Gustaui-Adolphi permaneat, donec præsens ista pacificationis compositio à duobus Monarchis, literis amborũ manibus subscriptis, secretis, iuramento, ex parte Zaris autem osculatione S. Crucis, cõfirmata fuerit. Quamprimum etiã limites positi, recte diuisi, & legati etiam, quos ambo Monarchæ missuri sunt, apud potẽtissimos istos duos Monarchas fuerint, & mandata dominorum suorum principaliũ exposuerint, tum demum potentissimi illius Suecorum Regis, Gustaui Adolphi, vicarii & officiales, magni domini Zaris & magni principis Michaelis Fœderuitii Vaiuodis & officialibus, qui à Zare, ad arcem territoriumq; eiusdem acceptandũ, Plescouia ablegabuntur, ante com-

M. DC. IIXX. commemoratam arcem vna cum omnibus fundis, & proprietatibus & tormentis Russicis restituere tenebuntur. Quamdiu porro arx Augdouia à parte inclyti Regis Sueciæ steterit tam diu etiam & Augdouienses, & eiusdem territorii incolæ atq; subditi Regiæ suæ Maiestati debitos census persoluant, & ad militum apud arcẽ istam permanentium alimentationem ante cõsueta seruitia præstare minime recusent: iidem tamen Regiæ suæ Maiestatis milites: intra constitutum istud temporis spacium neminem ex Russis violenter tractent, neque spolient, multo minus quosdam ex iisdem Russis vel eiusdem gentis tormenta aliqua ad suas partes pertrahant vel auchant.

VII. Similiter & Potentissimi Suecorum Regis, Gustaui Adelphi, suauissimus Dominus frater Germanus, Serenissimus Princeps Dux Carolus Philippus sequentes arces, vtpote Nauogardiam magnam, Torckouiam, Staraussam, Sommerensia territorea, Augdouiam, Lagdam, earũdemue ditiones & reditus minime ad se pertrahat, bello neutiquam hostiliter inuadat, neque vllo titulo easdem sibi attribuere conetur.

IIX. Vice versa magnus Princeps Michael Fœderuitius, tam pro se, quam hæredibus atq; successorib. suis, Gustauo Adolpho, Regi Sueciæ, de Nouogardeinsi Domino sequẽtes arces, vna cum vrbibus & pagis, antehac ad Nougardiensem ditionem numquam pertinentibus, cessit, videlicet Iuanogrodam, Iammam, Caporiam, & Noteburgam cum omnibus iisdem subiacentibus vrbibus, villis, fundis, pagis, atque territoriis, ad easdem spectantibus, cum omnibus itidem limitum iustis segregationibus, populis, incolis, iurisdictionibus, fluminibus, stagnis, aliisque aliorum fluuiorum regalibus. Et hæc omnia magnus Princeps (Michael Fœderuitius) potentissimo Regi Sueciæ, Gustauo Adolpho, eiusdem hæredibus atque Coronæ Sueciæ Successoribus, ad perpetuam proprietatem æternum vsurpanda, fruenda, atque, absque vlla remora & impedimento retinenda scienter nec inuite cessit.

IX. Pari modo potentissimus Succorum Rex, Gustauus Adolphus, à magno Zare & magno Principe Michaele Fœderuitio viginti Rublorum millia numeratæ pecuniæ, iustæ & inuiolatæ monetæ nummorumque argenteorum, accipiet, quæ pecuniæ summa mox à Pacificatorii contractus confirmatione, eiusdem

M. DC. IIXX.

Regiæ Maiestati tradetur.

X. Ad tormenta, munitionem bellicam, & campanas, à potétissimo Suecorum Rege, Gustauo Adolpho, in Russicæ munitissimis arcibus occupatis interceptas, & ante pacis tractationem illuc deductas, quod attinet, Coronæ Sueciæ maneant, extra omnem requisitionem. Russica vero tormenta quæ in arcibus, nunc magno Principi Michaeli Foederuitio traditis, etiamnum reperiuntur, inibi quoque rellinquantur.

XI. Postquam etiam magnus Princeps Wasilicus Iuvanouitius laudatissimæ memoriæ, gloriosissimę itidem recordationis potentissimo Domino Regi Sueciæ Carolo, nominis eius IX. Kexholmam, vna cum eiusdem ditione, ob fidelem beniuolentissimamque sibi aduersus Polonos prestitam adsistentiam, cesserit, eamdemque cessionem & litteris & Sigillis suis confirmauerit, ea propter modo iam dicta cessio à magno Principe, Michale Fœderuitio, tenore præsentis pacificationis, denuò confirmatur.

XII. Ne autem imposterum ob limit ũpositiones, forsitan aliquę controuersę difficultates, & nouæ diffidentiæ exoriri queant, vtrimque hic consensus datus, vt videlicet ad præcauenda ista, tres bonæ fidei viri ex equestri ordine seligantur atque constituantur.

M. DC. IIXX.

XIII. Cumque etiam pientissimę laudatissimęq; memoriæ magnus Princeps Fœder Ivvanonitius ab omnibus Liuoniæ Iurisdictionibus cesserit: nunc quoq; in hoc conclusum atque consensum est, vt magnus Princeps Michael Fœderuitius numquam imposterum vllam iurisdictionē Liuoniæ sibi adtribuat, neq. etiam deinceps illius titulum vsurpet.

XV. Commercia inter Suecorum & Russorum regna, eorumdemque inquilinos atq; subditos libera atq; impedita exerceantur.

XV. In vtriusq; Regni emporiis mercatoribus certę ędes mercatoriæ concedantur.

XVI. Omneis captiui, cuiuscunque status atq; Nationis etiã illi sient, mox à pacificationis istius confirmatione absq; vllius lytri persolutione, in finibus vtrisq; liberi dimittantur.

IIIXX. Etiamsi forsitan inter vtramq; partem aliqua grauamina & errores suboriantur, iis ipsis tamen hęcce pacificatio neutiquam violetur, sed pars pressa, vel grauata, atq; iniuriam patiens alterius partis Vicario vel Vaiuodę vicinæ arcis limitaneæ illatam iniuriam significet.

IIXX. Pari modo vtrinq; conuentum, ne videlicet potentissimus Rex Sueciæ, Gustauus Adolphus,

M. DC. IIXX. phus, contra magnum principem Michaelem Fœderuitium, Regi Poloniæ, vel eius filio Vladislao vllam adsistentiam præstet, eosdemue neq; pecunia neque milite iuuet, quemadmodum etiam non minus vel per seipsum, aut aliorum exterorum Principum impulsu, vel denique aliis artibus & practicis aliquid contra Russorū regnum moliatur. Vice versa contra potentissimum Regem Suecorum, Gustauum Adolphum, magnus Princeps, Michael Fœderuitius, Regi Poloniæ eiusdemq; filio Vladislao nullas ferat suppetias, eosdemq; neq; pecunia neq; milite iuuet, quemadmodum etiā contra cōmemoratum inclytum potentissimumq; Regem regnūq; Sueciæ, neque per seipsum, aut peregrinorum Magnatum instinctu, aliisq; technis atque insidiis nihil hostiliter moliatur.

Cæsarea Hungaricæ Ordinibus facta propositio. Paulo post Matthias, Romanorum Imperator gloriosissimus, vna cum Rege Ferdinando, tradita prius Vicario & consiliariis Cæsareis Regni Bohemiæ administratione, Praga Viennam versus sese contulit, inibiq; postquā illinc feliciter appulisset, honorificentissime exceptus est. Quum vero eodem tempore vniuersalis Ordinum Hungaricorum conuentus Presburgum indictus fuisset, in quo pari modo de successione Ferdinandi in regno Hungariæ ageretur eapropter FERDINANDVS XIX. die Martii, in commemoratis comitiis Presburgensib. adpulit, & paulo post, XXVI. nimirum eiusdem Mensis Cæsaream propositionem (penes quam Rex Ferdinandus quoq; elegantē orationē habuit) sequentem ferme in modum ordinibus exhiberi curauit. M. DC. IIXX.

Quamuis Romano Cæsarea, Hungariæ, Bohemiæq. Regia Maiestas, Dominus noster clementissimus ex paterno prorsus amore, & singulari, erga laudatissimum hocce regnum Hungariæ, inclinatione iamdudum, ex intimis cordis sui penetralib. maxumopere exoptarit, vt videlicet hisce tā fidelissimorū ordinum comitiis in persona propria interesse, & vniuersalib. eiusdem regni grauaminib. succurrere & idonea media præsens iisdē applicare posset: nihilominus tamen, ob grauissima intercurrentia negotia, vtpote auspicatam factam pacificationē cum Regia dignitate FERDINANDO, Rege Bohemiæ & Archiduce Austriæ, atque Serenissimæ Republica Venetiana, Cæsarea sua Maiestas, etiam contra suā voluntatē huic tā paterno suo desiderio in propria huius Prouincialis conuentus visitatione, satisfacere neutiquā potuit, præsertim quū aduer-

M. DC. IIXX.

aduersa corporis valetudo hisce accesserit, & vires indies eo magis magisque, potissimum peracto, ex mero erga hoc regnum amore etiam cum vitæ suæ periculo, itinere, adauctæ fuerint, & Cęsarea sua Maiestas, imbecillitatem suarum virium cottidie eo vehementius sentiens, in pristinam aduersam valetudinem rursus inciderit. atque ita Dei Ter optumi Maximi voluntati parere adflictionemque suam patienter ferre necessum habuerit. Ne autem ex longiori mora, laudatissimo huicce regno forsitam incommodum aliquod exoriri queat, Cæsarea sua Maiestas, sepositis nunc aliis grauissimis S. Rom. Imperii aliorumque regnorum suorum negotiis, spreta insuper proprii sui corporis imbecillitate, ex Bohemia Viennam versus, vtpote Hungaricis finibus aliquanto propriorem, sese contulit, &, quum, obdicta grauamina, non possit præsens, absens per pręsens scriptum Cæsareæ suæ Maiestatis paternam prorsus intentionem clementissime declarare siue exponere voluit.

Esse nimirum omnibus & singulis ipsis satis superq. cognitum atque manifestum, qua ingenti videlicet cura, molestia, labore, vigiliis, sumptibus, atque imminenti aliquoties vitæ periculo Cæsareo-Regia sua Maiestas aliquot nunc ab annis eo potissimum serio adlaborarit, quo pacto videlicet laudatissimum vetustissimũque hocce regnum, assiduis motibus bellicis grauissime pressum, potentissimo hæreditarioq; Christiani nominis hosti ex faucibus quasi eripi, ab omnibus intestinis seditionibus iterum liberarari, ab imminenti exitio forti manu vindicari, & in pristinum suum statum atque concordiam tamdem rursum restitui queat.

M. DC. IIXX.

Quæ paterna erga vniuersalem patriam & regna huius Nationis cura, postquam nunc cum externo hoste pax sancita, & diuina adsistente gratia sua Maiestas coronæ administrationem susceperit. quantopere Cęsareæ suæ Maiestati cordi fuerit, id, vt pluribus nunc hece repetamus, minime necessum auttumamus, pręsertim quum id, ex nupera rei gestæ euidentia & historia, neminem amplius latere possit. Illud ipsũ pręterea nuperi temporis successus satis superque testatur dum videlicet, bello Turcico finito, in hoc regno miserabiliter exorta intestina seditio, motus ciuiles, atque discordiarum horrendæ factiones, non secus quam rapidus quidam torrẽs, etiam in vicinas prouincias sese exundarit, vbi sane Cęsarea sua Maiestas nullos sumptus,

ptus,

M. DC. IIXX.

M. D C. IIXX. prius molestam, curam immo fraternam exacerbationem & inuidiam ipsam sese non auertere passa est, quin non magis fortunas, opes, & proprium suum sanguinem immo ipsam vitam volubilis fortunæ arbitrio committeret, & tam propriarum suarum prouinciarum hereditariarum, quam exterorum Principum auxilia in huius regni emolumentum conuerteret: vt nunc alto sepeliatur silentio, Cęsaream suam Maiestatem Reipublicæ causa, rebus sic constitutis non parum sane de propria sua auctoritate & Cæsarea reputatione remisisse, modo vt commemorati isti perniciosissimi in regno Hungariæ exorti motus sepelirétur, & alia periculosissima attentata, quibus pax cõmunis cum hereditario Christiani nominis hoste magno labore sancita, per internas istas discordias facillime violari potuisset, pręcauerentur atque ita iamdudum exoptata quies & concordia rursus introducerentur, ac demum Cęsarea sua Maiestas sese verum Patriæ patrem, atque defensorem tam publicæ quam priuatæ Hungaricæ vtilitatis ipso facto demonstraret. De cuius laudatissimi propositi fructu & emolumento quidem, quod Cęsareo-Regia sua Maiestas, vna cum fidelissimis huius regni Ordinibus, consequuta est, eadem sua Cæs. Maiestas non exiguum sane gaudium percepit, & iccirco omnia sua consilia & actiones eo potissimum diriget, vt laudatissimum hocce Hungariæ regnum, quod primum Regii sui imperii, in sancta pace conseruari queat: & omnia hosti salutaria conducibiliaq; media summo studio prę-cidantur.

M. D C. IIXX.

Postquam etiam Cæsareo-Regia sua Maiestas vniuersalem omnium mortalium ex hac vita emigrationem, quemadmodum etiam grauem imbecillemq; eius senectutem quæ alias diuersimodis morbis Cæsareæ suæ Maiestati satis grauis atque molesta est, mature, perpendisset probeque simul sibi in memoriam reuocasset, quam perniciosum foret vniuersæ Hungaricæ Reipublicæ, si videlicet Cæsarea sua Maiestas (quod tamen Deus Ter optumus Maxumus adhuc diu clementissime præcauere dignetur) aduersi quidpiã pati necessum haberet, antequam de certo in commemorato toties Hungariæ regno successore, in quo tamen vniuersa salus & prosperitas eiusdem regni potissimum consistit, prospectum fuisset, tum etiam quam grauissimis periculis, seditionibus atq; confusionibus, per istiusmodi vacantiam & interregnũ,

C regnum

M. DC. IIXX. regnum illud obnoxium esse posset, id quod Cæsareo-Regia sua Maiestas mauult, vt ordines Hungarici mature sibi in memoriam reuocent, sibique tempestiue prospiciant, quam vt deinceps illud ipsum magno suo malo & propria experientia experiri necessum habeant: eapropter Cęsareo-Regia sua Maiestas, laudatissimis gloriosissimorum suorum Maiorum & Antecessorum vestigiis laudabiliter insistens, certum quemdam successorem, si forsitan sibi absque masculis hæredibus moriundum esset, huic regno constituere clementissime decreuit.

Quamuis vero Serenissimi Inlustrissimeque Principes ac Domini, Dominus Maximilianus, & Dominus Albertus, ambo Austriæ Archiduces, tamquam Cæsareę suæ Maiestatis fratres Germani, hoc in loco, iuxta laudabilem huius regni consuetudinem, non immerito considerandi & respiciendi sient, nihilominus tamen, diligenti habita omnium necessariorum requisitorum consultatione, communis regni huius Hungarici commoditatis vtilitatisque gratia, prætensionibus Serenissimorum illorum Archiducum heic minime consideratis, præsertim quam ambo isti Archiduces Austriaci, in peculiaribus ad Cæsaream suam Maiestatem exaratis scriptis M. DC. IIXX. iisdem renunciauerint, eamdemque suam Maiestatem instanter atque fraterne rogauerint, vt, senectutis & masculorum hæredum defectus ratione habita, huic Regno, extra ipsorum personas, de idoneo successore, clementissime prospicere ne dedignaretur. Quocirca Cæsareo-Regia sua Maiestas æquum commodumque esse autumauit, vt Serenissimus Princeps atque Dominus, Dominus FERDINANDVS, Rex Bohemiæ & Archidux Austriæ, quem Cæsarea sua Maiestas, ob heroicas tam corporis animique dotes ac virtutes in filium adoptiuum suscepit, & in tam iusta ætate integrisque viribus, præter suas Prouincias hæreditarias, maiorem procul omni dubio dignitatem est promeritus, à fidelibus huius Regni Hungariæ ordinibus in Regem proclamaretur, agnosceretur, acceptaretur, atque coronaretur.

Quemadmodum igitur Cæsareo-Regia sua Maiestas toties cõmemorati huius Regni ordines clementissime rogat, vt videlicet laudatissimus Cæsareæ suæ Maiestatis Dominus consanguineus, Rex Bohemiæ atque Archidux Austrię in Hungariæ Regem proclametur, agnoscatur, acceptetur,

M. D C. IIXX. tur, atque coronetur: ita illud-ipsum etiam, præ paulo ante commemoratis indiciis, per se iustum ac æquum est: requirit id etiam debita erga Cæsareo-Regiam suam Maiestatem gratitudo, vtpote quæ, ad huius coronæ conseruationem, tam Herculeum pene laborem, curam, atque molestiam, etiam periculosissimis temporibus sustinuit, seipsam crudelissimo Christiani nominis hosti toties obposuit, tot incredibiles sumptus, præter ordinarias suorum regnorum hæreditariarumque Prouinciarum expensas, extraordinariasq; contributiones, ex propriis suis Cameræ & aulæ reditibus impendit, intestinam seditionem adeo sapienter pacauit, & tamdem nihil omnino prętermisit, quod ad huius Regni securitatem, honorem, gloriam, vniuscuiusque commodum atque emolumentum inseruire posset, adeo vt Cæsareo-Regia sua Maiestas, præ cęteris suis Regnis atque hæreditariis Prouinciis huic Regno cum primis inuigilet, & (absque vllius hominis offensione & dumtaxat in veritatis testimonium hoc dictum fiet) Cæsareæ suæ Maiestatis laudatissimos Dominos Maiores & Antecessores in Regno Hungariæ, qui tamen ingentia beneficia coronæ isti pręstiterunt, longe superet.

M. D C. IIXX. Itaque fidelissimi huius Regni ordines re ipsa animaduertunt, quantopere Cæsareo-Regia sua Maiestas erga laudatissimum hocce Hungariæ Regnum adfecta fiet, quodque illud sese vltra humanum captum longe lateque extendat, dum Cæsarea sua Maiestas talem sibi in hoc Regno successorem denominat, qui non minus, quam ipsa sua Cęsarea Maiestas, ex Regio sanguine Sanct Stephani procreatus, & ad imperium quasi à natura ipsa informatus est, atque in quo (præter Regiæ suæ dignitatis pietatem, humanitatem, exquisitissimos præstantissimosque mores, sapientiam, prudentiam in administratione Reipublicæ, vires, inuictissimam magnanimitatem, corporalem benedictionem Regiorum suorum hæredum, aliasque præstantissimas heroicasq; virtutes, quibus à Deo Ter Optumo Maxumo cumulate dotatus est) nihil quicquam reperitur, quod suapte Regium honorem atque dignitatem non mereatur.

Insuper Regiæ suæ dignitatis aliquot Dominia hæreditariæque prouinciæ Regno Hungariæ finitimæ sunt, quibus hactenus summa cum laude pręfuit, & sinę quarum insigni ope atque auxilio laudatissimi huius regni

M. DC. IIXX.

restantes Prouinciæ vix, tempore necessitatis, contra potentissimum Christiani nominis hostem defendi atque tueri possent. Præterea Regia sua dignitas quoque potentissimis Christiani terrarum orbis Regibus, Monarchis, atque Principibus adfinitate & consanguinitate iuncta est, à quibus sane ingentia auxilia & adsistentiæ huic Regno forent expectanda.

Exinde laudatissimum etiam Regnum Bohemiæ eidemue incorporatę prouinciæ de tanto successore maxumopere sibi gratulantur. Supra hęc omnia vero Cęsareo-Regia sua Maiestas, Regiæ suæ dignitatis Regis Ferdinandi reuersales obligatoriasque litteras huius regni Ordinibus tradere parata est, in quibus Regia sua dignitas sancte pollicetur, q. viuente etiamnum Cęsarea sua Maiestate, extra legitimum expressumque consensum, & absque præcedente Hungaricorum Ordinum consultatione, regimini siue administrationi illius regni sese neutiquam immiscere, sed nudo dumtaxat regio titulo coroneti alicuius Hungariæ Regis absque vlla regni administratione tamdiu contenta esse velit, donec Cęsarea sua Maiestas vel aliter hac de re statuisset, vel omnino inter viuos esse desisset.

Sin vero huic contrarium forsitan attentetur, tum Regni huius Hungarici Ordines ab omni obsequio & præstito iuramento immunes sient atque liberi. Similiter & Regia sua dignitas omne illud, quod hactenus Cæsareo-Regia sua Maiestas, eiusdemue laudatissimi gloriosissimique Maiores atq; Antecessores, Hungariæ Reges, huius Regni libertatum, Priuilegiorum, Concessionum atque immunitatum gratia, pręstiterunt, pari modo clementissime confirmare tenebitur.

Confidit igitur, neque quicquam Cæsarea sua Maiestas dubitat, Ordines, tot beneficiorum sibi abunde præstitorum & debitæ gratitudinis fore memores, &, absque vlla vlteriori mora, eximiam deliberationem tam grauissimi Successorii negotii, ante omnia pro virili ad exoptatum finem perducturos esse. Id quod procul omni dubio ad diuini nominis gloriam emolumentũ Reipublicæ, paucis laudatissimę confirmationem, hostium terrorem, atque tandem ad vniuscuiusque commodum atque emolumentum spectabit, Ordinesque in eo tam Cæsareo-Regiæ suæ Maiestati, quam Regiæ dignitati Ferdinando, cæterisque Serenissimis Austriæ Archiducibus, Cæsareæ:

M. DC. IIXX.

sareæ suæ Maiest. respectiue domino fratri, consanguineo & filio gratissimum fecerint officium, id quod olim clementissime agnoscent, Cæsareo-Regiam gratiam atque clementiam iisdem omnibus & singulis simul pollicentes.

Cæsarea Maiestatis ad Euangelicos Pragenses ordines monitio.

Interea, Cæsareo-Regia Maiestate Viennæ Austriacorum residente, Rege Ferdinando autem Presburgi Hungaricis in comitiis occupato, Euangelici ordines & defensores Pragæ conuentũ prouincialem, conseruationem Maiestatis literarũ religionisq; protectionem concernentem, celebrarunt. Quamuis autem iidem ordines sese excusare conati sient, quod videlicet iste cõuentus, respectu Maiestatis literarum & decreti prouincialis, institutus fuerit, nec in minimo quidem Cæsaream suam Maiestatem offenderint, nihilominus tamen per sequentem epistolã ordines à proposito suo dehortati sunt.

Depræhendimus quod iste ordinum Bohemicorum cõuentus cõtra Cæsareo-Regiam nostram personam indictus fuerit, dum caussa in cõmemorato isto decreto, videlicet denuo reædificatum templũ Clostergrabense, Archiepiscopo Pragensi traditum, & pœna inobedientiũ Braunauiensium, Abbatis subditorũ, expresse ponitur, quod tamen ex clemẽtissima nostra voluntate & cõsensu factum est. Secundo quod limites ipsis concessarum Maiestatis literarũ & inter ambas partes, tam SVB VNA, quam VTRAQVE, factum contractũ excedant, dum peregrinorum subditorum, in causis iniustis, patrocinium, etiam cõtra nostram resolutionem, suscipiunt, eorumdemue expressam contra nos insurrectionẽ defendunt & corroborant. Nam in cõuentu isto generatim diuolgatum, & partim in ipsorum citationibus expresse positum est, quasi ipsis Maiestatis literæ in nihilum redigi velint, quodq; forsitan militareis copiæ in Bohemiæ regnũ introduci debeant: in quo sane apud ignobile vulgus, vtpote rei huius ignarũ, in nostra absentia, in malam perniciosamque suspicionem, apud fideles charosque nostros subditos autẽ in diffidentiam atque inuidiam incidimus, ex quibus omnibus insperati periculosique tumultus in Bohemię nostro regno, cum irreparabili omnium subditorum damno atq; detrimento, exoriri possent, id quod quibusdam paucis personis, istius intemperiei auctoribus, minime tribuissemus.

Quum itaque nostra bonitate abutantur, & plus sibi assumant, quã ipsis in dictis istis nostris Maiestatis literis conceditur, nobis

M. DC. IIXX. vero, tamquam istius Regni domino atque Regi, incumbat, vt illud incendium, antequam maiores vires adquirat, in tempore restinguamus: eapropter intermittere nec potuimus nec voluimus, quin summa diligentia in malorũ istorum auctores inquiramus, & contra noxios decenti more modoq; procedamus, vobis clementissime iniungentes, vt eas, cæteras citantes, personas corã vobis comparere iubeatis, ipsisque, nostro nomine & loco, seuere iniũgatis, vt nimirum vsq; ad proximũ nostrum, Deo volente, in Regnum Bohemiæ aduentũ, vel aliam nostram constitutionem, ab istiusmodi cõuentibus abstineãt, Braunauiensium subditorũ aliorumq; peregrinorum protectionem atq; patrociniũ neutiquam suscipiant vobisq; ad similẽ istiusmodi seditionem & discordiã ansam occasionemq; præbeant: alios quoq; incolas sedulo admoneatis, vt ad friuolas istiusmodi citationes, absq; vlla à nobis data caussa, non compareant. Quum etiã quidam è vestro medio, quẽadmodum etiã Pragenses, aliique incolæ, fideles obsequẽtesq; nostri subditi, ad insurgentiũ postulata & citationes, in isto cõuentu nõ comparuerint, atq; ita nostrã, tamquã ipsorũ Regis & domini, auctoritatem existimationemque Cæsaream pluris fecerint, eapropter illam ipsorum constantiam clementissime comprobamus, ipsis, in omnibus occurrentibus occasionibus, gratiã ac clementiam nostrã Cæsareã pollicentes. M. DC. IIXX.

Sub finẽ Martii Cõstantinopoli, per magnũ incẽdiũ CCCLXXX. ædes misere perierũt atq; in cineres redactę sunt: quemadmodum etiã 28. die Aprilis in veteri ciuitate Pragensi noctu apud pistorẽ quemdam incendium exortũ est, per quod 13. domus in fauillas abiere: Et nisi, singulari Dei prouidẽtia, ventus cessasset, tota ciuitas procul omni dubio magnopere periclitata fuisset. Pari modo & paullo ante Wittigauia magna ex parte incendio conflagrauit. Eodem ferme tempore Lutetiæ Parisiorũ in palatio, vbi forẽsia negotia tractari & iudicia exerceri solent, ingens incendium subito exortum, & illatum damnum ducentis florenorum millibus, plus vltra, æstumatum est. Similiter & idem in Cæsarea arce Viennæ ferme factum fuisset, ni incendio & futuro damno mature prospexissent. *Incendia Constantinopoli, Prage, Vittigauia, aliisque in locis.*

Vigesimo die Maii Euangelici ordines & defensores Pragę ab omnibus suggestibus, in vernacula & Bohemica lingua, ob postridie institutum conuentum, sequentem ferme in modum populum dehortari curarunt: *Pastorum Pragensiũ ad populũ oratio.*

Perdilecti in Christo Iesu &c. Christianæ vestræ deuotioni ex singu-

M. DC. IIXX.

singulari constitutione significatur: Postquã Deus Ter Opt. Max. per diuinã suam gratiam atq; misericordiã concesserit, vt, post varias ppessas adflictiones, ob Christianam nostram religionem SVB VTRAQVE, tẽpore Rudolphi Imperatoris, gloriosissimæ recordationis, omnes domini, equites, & ciues, quemadmodũ & alii Bohemicã cõfessionem amplectentes homines in hoc regno, gratiã & liberũ religionis exercitiũ impetrauerint, illud ipsum etiã per peculiares quasdã clemẽtissime cõcessas Maiestatis literas, & factam vnionem illorum SVB VNA & VTRAQVE SPECIE, tã per compositionem dominorũ SVB VTRAQVE, & coniunctionem cũ dominis Silesiis cõfirmatum, cum hodierno tempore quoque feliciter regnante Cęsarea Maiestate Rege & domino nostro clementissimo stabilitũ fuerit, icciirco ista libertate hacten⁹ aliquot p annos mediocri in quiete atq; pace frui nobis cõcessũ, nemoq; ausus fuit, qui tantã gratiã Christianamq; libertatem nobis publice subtraheret.

Verũ enimuero ordinibus SVB VTRAQVE à fide dignis relatum est, quod quidã diuinæ gloriæ & veritati aduersantes homines salutarem pacem omnemq; charitatem & concordiã inter nos perturbare conentur, atque per insidiosas technas & fraudulẽtas artes veram nostrã relligionem SVB VTRAQVE inuertere, ad Dei laudem atq; gloriã exstructa templa, in ludibriũ ignominiamq; Christianæ nostræ religionis hostiliter occludere, funditus eruere, miseros homines carcerib⁹ includere, ad defectionẽ veritatis violenter cogere, & in summa, ad annullandas planeque subuertendas Maiestatis literas, relligionisque libertatem destruendam eosdem grauissime adfligere meditentur.

Hisce & similibus grauissimis de caussis quemadmodũ non ita pridem, præteritis hisce diebus, ipsorum generositates atq; dominationes, veluti & antehac, aliquoties, ex præscripto ipsis cõcessæ potestatis, in magno Cæsaris Caroli IV. collegio cõuenere, ista sua grauamina Cæsareæ Maiestati exposuere, eiusdemue clemẽtissimã subleuationem humillime atque pacifice expectauere: nihilominus tamen interea à diuinæ veritatis publicęq; pacis hostib⁹ immerenter prorsus traducti fuerũt, quasi contra Cæsareã Maiest. dominum ipsorũ clementissimũ, cõuẽtus celebrarent atq; ita periculosam quamdã cõfœderationem inirent. Cõtra q̃ falsam obiectionem ipsorum dominationes corã Deo Ter Opt. Max. ac vniuerso mundo solemniter protestantur, ꝙ ipsis hac in re summa fiat iniuria, quũ numquã ipsis in mentem

vene-

M. DC. IIXX.

venerit, vt vel minimum etiam contra Cæsaream suam Maiestatem molirétur, multo minus ipso facto peragerent: sed vice versa, solummodo diuinã quærunt gloriam, & in vera Christiana nostra relligione omneis & singuli in hoc regno constanter perseuerare, atque cum omnibus aduersæ relligioni addictis pacem, charitatem, & concordiam conseruare satagunt.

Hoc autem Christianæ vestræ deuotioni ideo significari placuit, vt, si forsitan istiusmodi varie rumores de ipsis inter vos præsertim simpliciores, spargãtur, quasi contra Cæsaream suam Maiestatem, dominum ipsorum clementissimum, perniciosam quamdam confœderationem iniissent, vel aliud quidpiam, æquitati minus consonum, nunc, aut imposterũ, moliantur, dictis istis minime fidem habeatis, sed multo potius certo credatis, quod omnia ista ad Dei Ter optumi laudem atque gloriam, amolitionem omnium persequutionum in vera Christiana nostra relligione SVB VTRAQVE, omniumque nostrum emolumentum dirigantur: quocirca dominationes ipsorum pro virili defenderis, excusabitis, atque ab iisdem neminem vos auertere patiemini.

Cumque ipsorum dominationes, omneis tres domini ordines, vna cũ defensoribus, crastina luce iterum diuinę gloriæ ergo, in magno isto Collegio Carolino conuenient, de relligionis grauaminibus, aliisq; grauissimis negotiis inter se inuicem deliberaturi, & porro omnium istorum subleuationem apud Cæsaream suã Maiestatem quæsituri sient, eapropter vos, tamquam Christiana ipsorum membra, rogare iubent, vt, ex filiali fiducia, vos ad Deum conuertere diuinamq; ipsius Maiestatem ardenti spiritu, & vero pœnitentique corde inuocare & rogare velitis, vt, ob diuinam nominis sui gloriam, æternamq; omnium nostrum salutem, ante omnia Cæsareæ suę Maiestatis, domini ac Regis nostri clementissimi, cor & animum, erga nos & ipsos, tamquam Cæsareæ suæ Maiestatis fidelissimos subditos, clemẽtissime cõmouere, dein' quoque eidem suæ Cæsareæ Maiestati, Cæsareæq; ipsius coniugi, longæuam vitam ac fœlix supra nos imperium largiri ne dedignetur.

Et denique Deum Ter Optumum Maxumũ pro dominis ordinibus ardentibus votis rogabitis, qui, diuinæ gloriæ ergo, nullis laboribus neque sumptibus parcunt, sed pro nobis omnibus ac singulis, SVB VTRAQVE, fidelem curam suscipiunt, vt diuina ipsius Maie-

M. DC. IIXX.

Maiestas dominationes ipsorum confortet atque confirmet; eorumdemue curam, molestiam, atque diligentiam ad diuini sui nominis laudem & gloriam, dirigat, tam piis ipsorum conatibus clemētissime benedicat, vt tamdem omnia ad bonum exoptatumque finem perducāt. Largiatur quoq; iisdem dominis ordinib' SS. Trinitas æternam temporalemq; salutem, diuinæ, Cæsareæque Maiestatis atq; adeo omneis nostros hostes confundat, eosdem conuertat, & tamdem nobis omnib' & singulis pacem & concordiam in longa futura tempora clementissime concedat, vt ita vtrimque in vera concordia atque vnitate vitam nostram pacifice traducere atque diuinæ suæ Maiestati in vera pietate pie inseruire queamus. Quo melius autem id impetremus, canamus:

Pacem diebus his, DEVS,
Des: en necessitates &c.

Cæsarei officiales Pragæ è fenestris arcis præcipites missi.

Hisce commemorato modo, ordineque peractis, ordines SVB VTRAQVE quamprimum magno numero in Collegio Carolino conuenerunt, & 21. die Maii conuentus illius initium fecerunt. Biduo post, 23. videlicet eiusdem, commemorati illi ordines, singuli seruo duobus sclopetis manuariis armato comitati, in arcem eques sese contulerunt, & coram supremis officialibus prouincialib' grauamina sua exposuerunt, eorumdem resolutionem audierunt, in: & regressi sunt. Postquā autem supremus dominus Burggrauius, vna cum domino Popelo Crucigero & magno Priore B. Mariæ virginis sese ordinum voluntati atq; beneplacito mediocriter accommodassent, dominus Slabata suprem' aulicus prouincialis, & dominus Schmisanskius vice versa vero aliquantulum restitissent, eapropter ordines ambos istos modo dictos proceres seorsim postularunt, & interea ipsos vna cum Secretario M. Philippo ex Cancellaria per fenestras in subiectam arcis fossam præcipites dederunt, qui tamē omneis, singulari Dei prouidentia, vita salua illinc iterū euaserunt. Quo facto magnus in arce tumultus multorumque exortus est: quocirca aliqui ordines, præsertim vero comes à Thurn in veteri ciuitate obequitantes hominibus, ne quid molirentur, neque forsitan sibi timerent, impetrarunt, nemini siquidem sese iniuriam illaturos, & factum bene excusaturos, omnemque rei gestæ seriem propediem Cæsareę suæ Maiestati detecturos esse. Populo autem hunc, quem diximus, in modū vtcunq; sedato, ordines supremum Burggrauium in ædeis suas comitati

M. D C. IIXX.

tati sunt, & portæ excubitores ac simul arcis Capitaneum præstito sibi prius iuramento, in suā fidem receperunt. Postmodū iidem ordines in palatio prouinciali cottidie conuenerunt, iisdemq; LXXX. sclopetarii milites, qui tympanis ac tibiis personantibus ad: & rursus abducebantur, excubiis agendo ipsis operā suam præstiterunt. Dein', inita cōfœderatione, Dei, Regis sui, ipsorumq; tamdem hostibus, Maiestatis literarum aduersariis bellum indixerunt, corpus, sanguinem, ac fortunas suas in id impendere sese inter se inuicem obstrinxerunt, quem in finem etiam magnas equitum peditumque copias conscripserunt.

Bohemicorum ordinū ad monitoriales Cæsareæ Maiestatis literas responsio.

De Cęsareæ Maiestatis ad Euāgelicos Pragenses ordines fidelissima monitione paullo ante dictū est. Cum itaque iidem ordines Cæsareæ suæ Maiestatis clementissimam intentionem ex monitorialium istarum literarum pellectione, percepissent, sequentem epistolam apologeticam, responsionis loco, ad Cæs. Maiest. ablegarunt.

Inuictissime gloriosissimeque Romanorum Imperator, semper Auguste, domine clementissime, &c. A DEO TER OPT. MAX. Cæsareæ vestræ Maiest. prosperā corporis valetudinem, & supra nos, fidelissimos Cæsareæ vest. Maiest. subditos, felicissimum imperium obsequiosissime ex animo precamur. Quibus grauissimis de caussis, Imperator inuictissime, superioribus illis diebus Guilielmum Slabatam, Smisanskiū, & M. Philippum Fabrum, tamquam communis pacis vtilitatisque hostes, (quorū clandestinas perniciosissimasque fallacias, quibus nobis Maiestatis literas, ob liberū Euāgelicæ nostræ Relligionis exercitiū, nobis ab Imperatore Rudolpho p. m. Cæsareæ vestræ Maiest. domino fratre Germano suauissimo clementissime concessas, atq; à Cæsarea vestra Maiest. itidem clementissime confirmatas, subtrahere, aliasque res, pacta inter nos inuicem inita, cōuentus prouinciales, defensionē nostræ religionis libertatumq; concernentes, maliuole impedire conati sunt, ferre atque sustinere diutius non quiuimus, siquidem si ipsorū intentiones exoptatam metā attigissent, & pestilens eorūdem propositum Deus non clementissime & quidem in tempore auertisset, nobilissimum florentissimumque hocce regnum tum procul omni dubio in extremam ruinam præcipitatum fuisset) ceu fideles filii, & amantes patriæ pro ipsorū merito, cōdigna pœna adfecerimus, & alios quoque eiusdem farinæ homines, seditiosos ipsorum asse-

M. D C. IIXX.

clas,

M. DC. IIXX.

cias, pari modo plectere statuerimus, id Cæsarea vestra Maiest. ex hisce inserta humillima relatione, &, pro singulorum notitia, diuolgata nostra apologia pluribus copiosioribusq; percipiet. Iuxta illa Cæsaream vestram Maiest. quoq; latere noluimus, nos, probe consideratis temporis huius periculosissimis difficultatibus & propria nostra necessitate, ad obuiandum in tempore hostium nostrorũ pestiferis insidiosisque conatibus atque fallaciis (quibus Cæsaream vestram Maiest. tamquam nobis à Deo destinatum summum Magistratum, non solummodo de hoc regno, verumetiam de aliis prouinciis periclitari, atque adeo nostra priuilegia infringere, immo plane à nobis auferre conati sunt) auxiliante diuina omnipotentia certam quandam inter nos defensionem, vnanimi omnium nostrorum consensu & voluntate, iuxta in talibus quoque casibus alias consueta adprobataque exempla, ad defensionem Cæsareæ vestræ Maiest. dilectissimæque nostræ patriæ, conclusisse. Quoniam vero non omni tempore pariter congregati esse possimus, iccirco ex nostro medio omnium III. Ordinum peculiares aliquot directores, regulos, atque prouinciales consiliarios, qui assidue in Pragensium ciuitatibus commorari, atque omne illud quod ad defensionem auctoritatis V. C. nostrorum fidelissimorum subditorum, coniugum, liberorum, iuriũ, Maiestatis literarum, priuilegiorum, libertatum prouincialiũ, & vniuersalis pacis, salutare æstumare possent (quę omnia nos, tamquam corã præsentes, ipsorũ, nostrorumq; loco, iuxta priora exempla, rata habebimus) constituimus: idque non eo fine, quasi Cæsareã vestr. Maiest. tamquã dominum & Regem nostrum clemẽtissimum, etiã in minimo offendere, vel aliis pacificis hominibus & amicis nostris dilectis SVB VNA, (modo & ipsi quiete ac tranquille viuant) aliquod damnum detrimentumue inferre velimus, sed multo potius in singulare emolumentũ Cæsareæ vestræ Maiest. nostrorumq; fidelissimorum subditorum, eximia spe freti Cæsareã vestr. Maiest. veluti dominum ac Regem nostrum clementissimum, nobiscum clementissime fore contentam, &, sin forsitan hoc quispiam, quisquis etiam ille fuerit, aliter interpretari conetur, fictæ istiusmodi relationi fidem minime habituram, nosque Cæsareæ vestræ Maiest. odiosos reddi neutiquam concessurã, supradictarum famosarum erga Cæsaream vestram Maiestatem, nos ordines, iocundissimam-

M. DC. IIXX.

M. DC. IIXX.

ſimamq; noſtram patriam, in tam horrendis deteſtandiſque cauſis, adeo iniurioſarum perſonarũ rationem nullam habituram, ſed multo potius & alios, ipſis per omnia ſimiles, tamquã malos, infideles, fallaceſque conſiliarios perturbatarum noſtrarum Maieſtatis literarum, pactorum inter nos vtrimque initorum, decretorum, conuentus prouincialis, & vniuerſalis denique noſtræ pacis, ceu clementiſſimus rex & dominus noſter, ipſo facto ad promeritam pœnam rapi clementiſſime permiſſuram, contra nos, Cæſareæ veſtræ Maieſt. ſubditos vero nihil iſtiuſmodi, quod Cæſareæ veſtræ Maieſt. nobis, totique regno forſitan pernicioſum foret, ex peſſimorum hominum inſtinctu, ſuſcepturam. Quæ veſtræ Cæſareæ Maieſt. erga nos fideles ſubditos habentia iura, paternam curam & ſollicitudinem nos cum oblatione omnium bonorum, atque adeo proprii noſtri corporis & ſanguinis, etiam ad extremam noſtram perſequutionem, fideliſſime atque humillime recompenſabimus. Nulli rei ſiquidem eo magis intenti ſumus, quam apud Cæſaream veſtram Maieſt. obſequioſiſſima deuotione conſtanter atque fideliter, vſque ad extremum vitæ noſtræ ſpiritum perſeuerare &c.

M. DC. IIXX.

Ieſuitarum ex Regno Bohemiæ proſcriptio.

Præcipitatis autem, eũ, quem paullo ante diximus, in modum Cæſareæ Maieſt. Conſiliariis officialibuſque præcipuis è feneſtris, ordines minime hiſce exſatiari potuere, ſed inſuper Societatis Ieſu patribus inſultarunt, eoſdemque ex vniuerſo Bohemiæ regno ſequens per decretum proſcripſerunt.

Nos Domini, Equites, Pragenſium, Kuttenbergenſium, aliarumque ciuitatum delegati, omneis III. Regni Bohemiæ confœderati vnitique ordines, corpus & ſanguinem domini noſtri Ieſu Chriſti SVB VTRAQVE SPECIE percipientes, Bohemicam confeſſionem amplectentes, & iam in Regia arce Pragenſi cõgregati &c. Notum eſt vniuerſis & ſingulis, in quibus periculoſis anguſtiis laudatiſſimũ hocce Regnum Bohemiæ aliquot nunc per annos, quibus hypocritica ſecta Ieſuitica in hocce regnum introducta eſt, aſſidue verſatum fuerit, & quam periculoſi motus, modo dicta iam de cauſa, nunc aliquoties exſtiterint: id quod nos ordines, noſtri ſubditi, aliique huius regni inquilini, non abſque ſingulari moleſtia hactenus æquo animo ferre neceſſum habuimus. Cum autem reipſa ipſoque facto cognouerimus, intemperiei iſtius vnicã cauſ-

M. DC. IIXX.

caussam esse pestiferam atque venenatam sectam Iesuiticā, quæ omnibus viribus eo dumtaxat & vnice adlaborat, quo pacto videlicet Romanam sedem fulcire, omniaque Regna atque Prouincias huius mundi sibi subiugare possent: quæ media absque vllo respectu Dei altissimi longe lateq; vsurpare solent: gloriosissimos, laudatissimosque prçterea huius mundi Monarchas aduersus se inuicem irritarunt, inter Ordines vniuscuiusque Prouinciæ, prçsertim animis in relligionis negotio dissidentibus, perniciosas seditiones excitarunt, Magistratus erga subditos, &, vice versa, subditos contra Magistratus suos commouerunt, Regibus, vnctisque Domini, Deum omnipotentem, &c propriam suam conscientiam considerantibus, perniciosaque venenatæ istius sectæ consilia non adprobantibus, multo minus sequentibus, per sicarios (quibus vitam æternam & liberationē ex purgatorio pollicebantur) insidias struxerunt, amicos contra amicos concitarunt, per omnium peccatorum confessionem omnia cordium humanorum arcana explorarunt, hominum consciētias adeo torserunt, vt bonum vel malum faciendi; licêt illud ipsum expresso Dei verbo repugnauerit, in dubium traxerint: exinde vero, exemplo Templariorum non sane contemnendas mundi opes corraserunt, politico regimini in omnibus verç angulis sese immiscuerunt, & in genere docuerunt omneis Romano-Catholicæ relligioni non addictos homines nulla fide dignos, eosdemque, tamquam hçreticos, proclamarunt.

M. DC. IIXX.

Quorum sane insidiosis fallaciis, dolis, atque technis cum primis Occidētalis Francia, Anglia, Hungaria, Transyluania, Venetiæ, Belgium, aliæque S. Rom. Imperii Prouinciæ luculentissimum prçbent testimonium. Idem quoque postea in hoc Bohemiæ Regno attētarunt vbi nos, post multas, procul dubio ex ipsorum instinctu, perpessas ærumnas, Christianæ nostrç relligionis ergo, cōtra futuras eorumdē dolosas fallacias, litteras Maiestatis à laudatissimæ memoriæ Imperatore gloriosissimo Rudolpho II. supra liberum Relligionis exercitiū impetrauimus, & non minus cum iis, SVBVNA, certa compacta, quo melius vtraque pars Relligionem suam absq; vituperationibus atque calumniis alterius partis profiteri & exercere posset, constituimus.

Licet vero illud Cæsarea sua Maiestas confirmarit, & inter acta Prouincialis tabulæ, quo pacta,

M. DC. IIXX.

cta, vtrimque inita, constantius seruarentur, relatum fuerit: nihilominus tamen posthabita graui transgressoribus in iisdem Maiestatis litteris interminata pœna, in ludibrium contemtumq; Maiestatis istarumlitterarum, nos ordines, SVB VTRAQVE, tam in publicis suis cōcionibus, quam hinc inde diuolgatis scriptis, audacter satis calumniati sunt, æternę vitæ spe priuarunt, verba, in litteris Maiestatis comprehensa, extraneè & contrarie explicarunt, iisdemq; peregrinum intellectum (quasi sępius nunc dictę Maiestatis litteræ Cæsareę suæ Maiestat. subditos, monasteriorum vel cleri, ordinumque SVB VNA subditos neutiquā comprahenderent, indiderunt, & ipsam quoque Cęsaream auctoritatē in regno hocce Bohemiæ labefactarunt, dum publice euomere minime erubuerunt, quod videlicet Cæsarea sua Maiestas nobis cordinibus, fidelissimis eius subditis, istiusmodi Maiestatis Relligionem concernentes litteras, absque Romani pontificis consensu, communicare haud potuerit, qui tamen neque nobis ordinibus, multo minus Domino atque Regi nostro clementissimo quicquam imperare potis est. Eo vsque nihilominus progressi sunt, quod Cęsareę suæ Maiestatis, cleri, ordinumq; SVB VTRAQVE subditi, in relligionis negotio grauiter adflicti, ab ea alienati, & ad illam, SVB VNA, per ipsis iniecta vincula, aliaque ad id excogitata dolosa media, publice, sub prętextu publici alicuius commissi facinoris, inuiti coacti fuerint. Hinc Euangelicorum templa occluserunt, aliis in locis eadem solo æquarunt, cultum diuinum prohibuerunt, omnia pręcipua Regni, prouinciarum, ciuitatumque officia personis SVB VNA, cōmiserunt, eos SVB VTRAQVE vero, qui in emolumentum Regis & Patriæ, conscientia sua ad id impulsi, aliquid obloquuti sunt, & in ipsorum technas fallaciasq; minime consentire voluerunt, magno cū ludibrio ab officiis suis remouerunt: immo paucis dumtaxat personis, SVB VNA, & perfidis suæ ipsius Patriæ filiis summam Imperii, & vniuersam Regni huius directionem commiserunt: quibus perniciosissimi isti sectarii iocundissimam nostram Patriam in summum discrimen atque adeo extremum exitium pręcipitare, nos fideles subditos vero funditus extirpare conati sunt: quod etiam dolosis suis fraudulentisque artibus (ni Deus ex singulari sua misericordia & diuina propensione erga saluificum eius verbum & nos, malum istud à nobis clemen-

M. DC. IIXX.

mentissime auertisset) iam dudum in effectum deduxissent.

Cum igitur intemperiei huius in hoc regno Bohemiæ auctores sient, merito etiã promeriti sunt vt non diutius in hoc regno tolerentur. Quocirca ex præcedentibus, omnibus aliis legitimis de caussis mature satis considerauimus, quãdiu videlicet perniciosissima ista secta in hoc regno perseueraret, supradictam istam intemperiem nullo modo imminui, nec firmam pacem concludi posse, sed multo potius nos Cæsareę suæ Maiest. fideles Ordines, quemadmodũ mox ab initio, ita quoq. & imposterum, in magno nostrorum corporũ bonorumq; discrimine versari necessũ habere mus. Omnib. & singulis igitur notum manifestumque facimus, ꝙ nos, vnanimi omnium III. Ordinum consensu & voluntate, vniuersum Iesuitarũ ordinem ex hoc regno, omnib. eiusdem ciuitatibus, locisq; earumdẽ, vbi iam in Collegiis suis adhuc cõmorantur vtpote ex Pragẽsium ciuitatibus, Bohemico-Crummenauio, Commutauio, Neohusio, Glatzio, aliisq; locis, relegauerimus, &, tenore præsentium harum litterarum, in perpetuũ proscribimus, adeo videlicet, vt omneis & singuli, quibuscunq; etiam in locis, & apud quoscunq; in hoc regno aliquandiu adhuc commorentur, Regni huius locis omnib pacifice excedant, & in perpetuũ imposterum, quibuscunq; etiam excogitatis modis, nulloq; vel huius, vel alterius cuiusdã ordinis titulo, neutiq̃ reuertantur. Sin autem quispiam ex ipsorum medio, qualis qualis etiã ille siet, contra manifestum illud nostrum interdictum, sub quocunq; deprẹhẽsus fuerit, is, vna cum suo hospite, & ita ambo simul, tamquam perturbatores Reipublicæ, prouinciarũ corruptores, & hostes publici, ex præscripto consuetudinũm constitutionumq; Prouincialium, coram ordinariis iudicibus sistãtur, & contra eosdem iudiciario modo procedatur. Pari modo prędictus ille Iesuitarũ ordo, post hanc primã ipsorum ex prouinciis hisce proscriptionem, neq; Romani pontificis, neq; alterius cuiusdã, qualis qualis etiam ille siet, intercessione atq; patrocinio, vel quocunq etiã alio ab humana astutia excogitato modo, imposterum, & in perpetuum in hoc regnum iterum introducetur. Sin vero quispiã ipsorum per consuetos sibi dolos, fraudes, atque technas; forsitan clanculum irrepserit, & in vniuersalibus conuentibus prouincialibus de ipsorum in prouincias receptione tractatum fuerit, tum nullus ex huius

M. DC. IIXX.

Regni

M. DC. IIXX.

Regni ordinibus, sub pœna transgressoribus, Reipublicæ perturbatoribus, & hostibus publicis, in constitutione atque sanctione prouinciali interminata, pro iisdē intercedat. Id quod ad sempiternam rei memoriam, per patentes hasce litteras, omnibus & singulis notum manifestumq; esse volumus.

Ad alios ordines Relligionis SVB VNA quod attinet, qui in monasteriis & alibi locorum commorantur, pacificeque victitant, eosdem hæ patentes litteræ minime tangunt, sed dumtaxat modo commemoratos Iesuitas. Quę perniciosa atque seditiosa secta antidhac, quod indissolubilibus horrendisque laqueis mundi, prouinciarumq; Magistratus implicarint, ab iis Magistratibus ex aliis regnis atque Prouinciis proscribi oportuit, modo vt iisdem salutaris pax, atque communis tranquillitas iterum restitui potuerit. In præmissorum autem fidem patentes istæ litteræ sigillis singularium aliquot ex nostro medio personarum, loco, & nomine omnium III. Ordinum huius Regni, SVB VTRAQVE, munitę obsignatæ, & confirmatæ sunt.

Ordines Bohemiæ ab armis ad obsequium edicto Cæsareo iubentur.

Post præmissam autem ordinum Bohemicorum ad Cæsaream Maiestatem exaratam responsionem apologeticam (de qua paulo ante mentionem fecimus) Cæsar iisdem Bohemiæ ordinibus omneis vlteriores militarium copiarum conscriptiones interdixit, eosdemque sequenti edicto Cęsareo ad obsequium reuocare conatus est.

M. DC. IIXX.

MATTHIAS &c. Generosi, strenui, perdilecti fideles &c. Notum manifestumque est vobis omnibus & singulis, quid videlicet die Mercurii, post septimanam S. Crucis, cum Vicariis nostris Regiis, atque Secretario, delectis fidelibus nostris, in arcis Pragensis, Regiæ nostræ Residentiæ Cancellaria Bohemica, vbi summus respectus, & tutissima erat sperāda securitas, hisce, & sequentibus aliquot diebus actitatum fuerit.

Quum vero hęc omnia, sub titulo quasi Maiestatis litteræ, liberumque, SVB VTRAQVE, relligionis exercitium tolli debeant, facta fuerint: ideo litteris hisce patentibus vos neutiquam latere voluimus, nos, vti numquam percipere poteritis, ad sublationem earundem Maiestatis litterarum, & vtrimque, SVB VNA, & SVB VTRAQVE, factæ compositionis quicquam attentasse, multo minus aliis ex ordinibus nostris Bohemię regni, ad idem faciundum, permisisse. Numquam enim nobis aliud quicquam in mentem venit,

M. DC. IIXX.

venit, neque etiamnum aliter affecti sumus, quam vt Ordines, SVB VNA, & SVB VTRAQVE, tueremur, eorumdemque priuilegia, libertates, Maiestatis litteras, Decreta Conuentuum Prouincialium, aliaque vtrimque inita pacta, sarta tectaque conseruaremus. Si quis vero hancce nostram mentem præconceptamq; sentētiam aliter explicaturus est, is coram Deo ac vniuerso mundo nobis summam fecerit iniuriam. Confidimus igitur perfideles ordines Regni nostri Bohemiæ nulli mortalium, si forsitan quispiam de nobis falsos rumores sparserit, fidem vllam habituros, multo minus de nobis tale quidpiam suspicaturos esse.

Etiamsi autem nobis nihil foret gratius & acceptius quam vt absque vlla mora personaliter ad nostram Regiam sedem, ac fideles nostros subditos omnium III. Ordinum & inquilinorum Regni nostri Bohemiæ peruenire, omnesq; de hoc arduo negotio exortas lites rite ac decenti ordine, auxiliante nobis diuina gratia, iterū componere possemus: nihilominus tamen cum, tā aduersæ valetudinis nostræ, quam aliorum grauissimorum, quę nobis incūbunt, negotiorū caussa pro tēpore adhuc impediamur, iccirco absque vlla mora certos, auctoritate & existumatione graues pręstantesque viros, ad tollendā componēdamq; controuersiam istam, constituemus. Interea tamen quum nullus hostis (qui nobis, tamquā Bohemiæ Regi, omnibus III. Ordinibus, & inquilinis modo dicti nostri Regni Bohemici damnum detrimentumue inferre posset, cuius gratia, ex præscripto articuli Constitutionis Prouincialis, ad prouinciarum defensionem, pręparationes bellicæ institui oporteant) in promptu fiet: & omnis moleste grauatus, quisquis etiam ille fuerit, ordinario iuris processu, ex præscripto Priuilegiorum prouincialium, Maiestatis litterarum, libertatum, prouincialiumque Constitutionum, vti frui posset, nemo vero in caussa sua propria iudex esse debeat, qua in re, vt nemini fiat iniuria, omnibus & singulis protectionem nostram Cæsareā pollicemur. Iccirco clementissime vobis mandamus, & volumus, vt conscriptas vestras militareis copias ad præcauenda maiora damna & sumptus, tum ad euitandam, summam perniciem & egestatem miserorum priuatorumque hominum, sacramēto militari iterum absoluatis, maiores vires non adquiratis, omneis inquilinos, tam SVB VNA, quam SVB VTRAQVE SPECIE, neque verbis, multo minus ipso

E facto

M. DC. IIXX. facto inter se inuicem lędere permittatis, sed, vt pacifice viuant alterque alterum in minimo etiam non offendat, prouide curetis, & tamdem, ceu fideles Ordines, in pristina obedientia & obsequio fideliter constanterq; perseueretis.

Quam primum etiam conscriptas militareis copias in regno nostro Bohemiæ iterum dimiseritis, & subditorum, inquilinorumq; prouincialium postulationē intermiseritis, tum & nos quoque nostrum militē, quem, vobis nos ad id impellentibus, conscripsimus, sacramento nobis præstito absoluemus, & illico iterum dimittemus: siquidem omnib. nostris perdilectis ac fidelibus subditis, in effundendis sumptibus & sustinendis aerumnis, quæ plerumque ex Bello oriri solent, omnibus modis parcere volumus.

Sin vero, contra omnem spem & expectationem, clementissimam, paternamq; adhortationē nostram, æqua legitimaq; nostra mandata Cęsarea, militareis vestræ, in Regno nostro Bohemiæ conscriptæ, copiæ, & prouincialium postulatio non dimitti debeant: tum exinde nihil aliud colligere possumus quam quod cōstitutiones, iura, & ęquitates postponi velint. Quo facto etiam inuiti cogeremur adsistente & auxiliāte nobis diuina gratia, per quā, ceu legitimus Rex & Dominus, vobis ordinario legitimoq; modo prępositi sumus, eiusmodi media arripere, quibus respect⁹ noster Cęsareus, summaq; in terris auctoritas, legitime tueri atq; cōseruari possit. Cumq; quilibet facile secū queat perpendere, quā perniciosæ incōmoditates, periculosæ angustiæ, & lamentabiles quærimoniæ miserorum hominū ex bello & seditionibus exoriantur: idcirco coram Deo ter opt. maximo, ac omni deniq; mūdo, testatum volumus, nos ad istiusmodi intemperiem nullā vnquā caussam præbuisse. Vice versa vero omnibus & singulis, Cæsareo-Regio nostro mandato obtemperantibus, inquietosq; ac seditiosos homines (si qui forsitan à mandato hocce nostro Cęsareo-Regio, contra omnē spem & expectationem nostrā, adeo paterne adhortari noluerint) cane peius & angue, vti veteri habetur in prouerbio, deuitantibus omnem nostram Cæsareo-Regiam gratiam, tutelam, atque protectionem clementissime pollicemur.

Non secus Cęsarea sua Maiest. ad S. Rom. Imperii Electores & Principes, Bohemici incēdii caussa, sequentes patentes litteras ablegari curauit.

Eiusdē Cæsarea Maiest. ad Electores Imperii patentes litteræ.

Nos Matthias &c. Notum faci-

M. DC. IIXX. facimus vobis omnibus & singulis S. Rom. Imperii Septemuiris & Principibus, tam Ecclesiasticis quam secularib. &c. Manifestum atq; cognitum, procul omni dubio, vobis, atq; adeo omnibus in & extra S. Rom. Imperium, erit, qualis videlicet motus atq; seditio paulo ante, XXIII. nimirum die Maii, in propria etiam nostra Regia Residentia & arce Pragensi, nobis, legitimo ipsorum rege, absentibus, exorta, & quam indigne nostri in regno nostro Bohemiæ constituti, atq; post nos relicti Vicarii, officiales, aliique Regii ministri habiti & tractati fuerint. Quam iccirco de fide dignissimis viris percepérimus, cottidianæ etiam aduenientes relationes satis superq; testentur, prędictos nostros Regni Bohemiæ aduersarios in pertinaci suo proposito indies magis magisq; pergere, &, ad peragendā suam, in ludibrium atq; contemptum Cęsareæ nostræ auctoritatis, praeminentiæ, atq; iurisdictionis vergentem intentionē, omnibus ferme in locis, immo in ipso etiam S. Rom. Imperio, eiusdē Electoratibus, Principatibus, Prouinciis, ciuitatibus, villis, pagis, Magistratibus & ditionibus, tam equites, quam pedites conscribere.

Cum vero, prout Serenissimę vestræ dilectiones minime ignorant, istiusmodi, modo commemoratæ, militarium copiarum cōscriptiones in nostris, & S. Rom. Imperii saluberrimis constitutionibus, cum primis vero Anni M. D. LXX. Recessu, absq; nostro pręscitu, concessis litteris patentibus, præstitaq; consueta decentique cautione, aliisque necessariis requisitis, omnino prohibeantur. Iccirco mandamus vobis singulis & vniuersis, ex potestate & auctoritate nostra Cæsarea vt in prædictis vestris Electoratibus, Principatibus, & Comitatibus &c. Commemoratas ante Bohemorum militares conscriptiones, diribitoria, liberosque transitus, absque exhibitione nostrarum Cæsarearum litterarum patentium, concessionum, aliorumque in ante dictis S. Rom. Imperii Recessibus necessariorum consuetorumque requisitorum, omnino non concedatis, sed absque vlla mora seuere admodum prohibeatis, reali executione, detentione, dissipatione, absque vllo vllius hominis respectu, conatibus istiusmodi remoram iniiciatis, eosdem reuocetis atque annulletis, idque sub pœna Cæsareæ nostræ inclementiæ, & in commemoratis S. Rom. Imperii Constitutionibus atque Recessibus pręscriptę mulctæ. M. DC. IIXX.

M. DC. IIXX.

Volumus prætereà, atque definitiua & seuera tamdem nostra est sententia, vt copiis hisce patentibus Cęsareis, ceu Originali ipsi, plena fides habeatur, & de istis omnibus obsequiosissima ex equutio præstetur. Manifestum porro, cognitumque etiam est, quo pacto videlicet quidam nostrorum subditorum in Regno nostro Bohemiæ eo vsque audaciæ processerint, vt etiam in nostram Pragensem arcem armata manu irruerint, ac inibi duos ex nostris Vicariis Regiis, vna cum Secretario, perdilectos nostros fideles, inauditos, & absque vlla vllius iudicis cognitione, per fenestras in profundam arcis froueam pręcipitarint, qui tamen singulari Dei misericordia & prouidentia tum temporis vita salua euaserunt. Super hæc omnia & aliis quoque nostris ministris & consiliariis insidias struxerunt, eosdemue tam fortunis quam ho noribus suis spoliarunt: XXX. Directores propria auctoritate inter se inuicem crearunt, omneis expeditiones, atque adeo totum imperium ad se pertraxerunt, arci peregrinum conscriptum præsidium imposuerunt, priores pręsediarios vero nouo sacramento militari sibi obligarunt, supremū Regni Bohemici Burggrauium Arresto detinuerunt, eumdem suis foribus certa militum manu custodiuerunt, exitu vrbis, quem admodum & alios absentes Vicarios, prohibuerunt, & ad Citationes nostras Cęsareas cōparere eidem absolute, cęteris inquilinis autem absque Ordinum consensu, interdixerūt, Ecclesiastica collegia contra conuentus Prouincialis expressum textum, atq; Decretum ordinū SVB VNA, & SVB VTRAQVE, abrogarunt, ipsis tabulæ prouinciali incorporata bona de facto subtraxerunt, ex Regno in perpetuam proscri, serunt, per inconuenientes fictasq; informationes non solum modo nostras fideles prouincias atq; subditos, verum etiam nostri ac S. Imperii Electores & principes contra nos irritare, immo prorsus à nobis diuellere conati sunt, editam suam Apologiam multis contumaciis ornarunt, Regiæ ac Prouinciali contributioni manus rapaces iniecerunt, in iure Prouinciali cum ordinū consensu cōstitutos supremos quęstores contributionūq; istarum collectores ab officiis suis remouerūt, alios ipsis surrogarūt, peregrinum equitum peditumq; exercitum, absque nostro, tamquam Bohemiæ Regis, pręscitu, conscripserunt, prouinciam, eiusdēue inquilinos, cū introductione peregrini istius militis admodū dure onerarunt, & ad sistendū

sese.

M. DC. IIXX. ſeſe in armis, abſque vllo iure, per patentes literas exhortati ſunt, ciuitatem noſtram Crummauiam, ceu bonum noſtrum hæreditariũ, cum remotione inibi à nobis cõſtitutorũ officialium, & Bohemo-Buduiſam extrema cum interminatione & barbarica crudelitate ſibi dedi poſtularunt, hac tyrannica addita clauſula niſi deditio fieret, tum ſeſe eaſdem igni gladioque ita vaſtaturos, vt intra tridui temporis ſpacium ſcopis in vnum cumulum congeri debeant, inſuper nec infanti in vtero materno ſeſe parſuros eſſe: illos ex ordinibus vero, qui hanc intemperiem minime probarunt, ad cõfœderationem cum ipſis ineundã coegerunt, noſtras patentes, & in Bohemiæ Regni emolumentum ipſis tramiſſas Cæſareas literas, quibus ipſos ad armorum depoſitionem, vlteriorem militarium copiarum conſcriptionem, & debitam nobis obedientiã clementiſſime adhortati ſumus, publicari prohibuerũt, diſtinctas noſtras literas, fideliſſimas atq; adeo paternas admonitiones, quod nimirum controuerſiam illam, abſque exercitu & per decentia in iure conceſſa media, tollere velimus, nauci æſtumarunt, Cæſareum noſtrum curſorem Veredarium, qui, tamquam ſummum noſtrum Regale, noſtra & S. Rom. Imperii grauiſſima negotia concernit, nõ vna duntaxat vice interceperunt, literas noſtras reſerarunt, & tamdem aditus in finibus prouincialibus occuparunt, noſtris vero eoſdem occludere conati ſunt: Supra priorem ſuam iterũ nouam quamdã DEFENSIONEM die Lunæ videl. S. Ioh. Baptiſtæ huius Anni, conſtituerunt, in qua, inter alios articulos, illos à nobis indictos conuentus prouinciales, & eorumdem vnanimem cõſenſum, quibus tamen & ipſi aliquoties interfuerunt, pro intolerabilibus & impoſſibilibus taxarunt, vice verſa vero ipſimet grauiſſima onera prouincialibus ſubditis impoſuerunt, & ita proprium noſtrum dominium ac bona Cameræ ad ſe pertraxerunt. M. DC. IIXX.

Et denique inter alia enormia, mentionem faciunt, ipſorũ exercitum ad defenſionem prouinciæ ſpectare, noſtrum autem, ceu ipſorum Regis atque domini, peregrinũ eſſe, & conſtitutioni prouinciali aduerſari, grauiſſima ſeueriſſimaque interminatione cõtra nos venientes, ſin videlicet copiæ noſtræ vlterius progreſſuræ ſient, quod tum omnia monaſteria & clerici in vniuerſa prouincia ab ignobili vulgo hoſtiliter inuadi poſſent, cui malo ſeſe nõ dumtaxat non reſiſtere poſſe, ſed multo potius ob id excuſatos eſſe vel-

M. DC. IIXX.

le. An igitur hæc omnia nobis & prouinciis, vti de se gloriantur, in emolumentum, & non potius in Cæsareæ nostræ auctoritatis atq; reputationis ludibrium contemptumue, adeoque totius Regni extremam perniciem vergant, illud cuilibet sanæ mentis prudenter diiudicandum rellinquimus.

Ordinum Bohemiae epistola responsorio-apologetica.

Postquam igitur Cæsarea sua Maiestas S.Rom.Imperii Electores principes, & ordines de hostilibus istis Bohemorum attentatis certiores reddidisset, ipsisque Bohemiæ ordinibus, legitimis ineuitabilibusq; de caussis, respectiue bellum, ad tutandos fidelissimos Cæsareæ suæ Maiestatis subditos videlicet, ipso die S. IOANNIS BAPTISTÆ, indixisset, ordines tam ad illas, quam cæteras quoq; Cæsareæ suæ Maiestatis ad ipsos exaratas literas dehortatorias, sequentem in modum, xxx. die Iunii, responderunt:

Inuictissime, clementissimeq; Romanorum Imperator &c. A DEO TER OPTVMO MAXVMO Cæsareæ vestræ Maiest. omnem prosperitatem humilimo cũ obsequio optamus. Eo ipso tempore, quo hunc cursorem, cũ inclusiua ista omnium III. dominorũ Regni huius Bohemiæ ordinum responsione, aliisque rebus necessariis, ablegassemus: alia à Cæsarea vestra Maiest. ad nos exarata epistola, sub dato Viennæ proxime elapso die Mercurii, nobis fuit reddita: ex quibus percepimus, quod Cęsarea vestr. M. conscriptũ exercitum lustrare, eumdemue in Regnum Bohemiæ mittere decreuerit, hac addita clausula, quot quantæque periculosæ perniciosæque res ex eo sequuturæ fient.

M. DC. IIXX.

Quocirca, Imperator, Rex, atque domine clemẽtissime, Cæsaream vestr. Maiest. humillimo cũ obsequio rogam⁹, vt primũ hancce omnium I:I. Ordinũ adiunctã responsionem clementissime admittere, & de eadem maturã deliberationem instituere nõ dedignetur: quo facto, procul omni dubio Cæsarea vestr. Maiest. ex omnibus hactenus Cæsareæ vestr. Maiest. tramissis rebus clementissime cognoscet, hancce defensionem, à dominis Ordinib⁹ institutam, nõ contra Cæs. vestr. Maiest. sed, vice versa, pro eadẽ, & ad legitimam huius Bohemiæ Regni nostrarum coniugũ & liberorum defensionem esse susceptã, adeo vt nulla prorsus necessitas requirat, quod Cæsarea vestr. Maj. aliquot militareis cõpias cõscripserit, easdemue in hoc regnum, ad summam istius perniciem atque interitum, mittere decreuerit. Ad Buduisenses vero, tamquam huic regno incorporatam ciuitatem quod attinet, Cæsaream vestr. Maiest. in ipsa

M. DC. IIXX.

ipſa rei veritate certiorē reddere poſſumus, Comitem à Thurn/ in proprium ipſorum emolumentū, ex ordinum mandato, moderate admodum cum ipſis tractaſſe, ne videlicet extern⁹ atq; peregrinus miles forſitā ab ipſis detineretur, potiſſumum quod illud in Cōſtitutionib⁹ ac decretis cōuentuum prouincialibus Regni huius Bohemiæ ſeuere ſiet prohibitū, ſed multo potius vt eumdem dimitterent, hac adiecta pollicitatione ſin hoc fieret, ſeſe nullū vrbi præſidium ex noſtro exercitu impoſiturum. Dum vero illud facere recuſaſſent, & hoc ipſo facto ſeſe ꝓ hoſtibus prouinciæ declaraſſent, aſperiora ſane verba, de quo tamen, iſto præſertim in caſu, nemo miretur, ipſis data ſunt. Nihilominus tamen domin⁹ comes ipſis minimum etiam detrimentū inferre noluit: id quod exemplo Crummauienſium adparet, quorum nulli cum, Comiti dicto audientes, peregrinū militem dimiſiſſent, vnicum etiam damnum illatum, neque ipſorum vrbi externum aliquod præſidium fuit impoſitū. Ex quibus omnibus Cæſarea veſtra Maieſt. clementiſſime colligere poterit, quod hoc tempore, nulliſque legitimis cauſſis exiſtentibus, in Buduiſienſium gratiam, peregrinus miles in hoc regnum introduci debeat.

M. DC. IIXX.

Quamuis autem minime dubitemus, noſtros huius regni hoſtes Cæſaream veſtr. Maieſt. noctu interdiuque eo deducturos, modo vt voluntas ipſorum expleatur, & peregrinus miles in hoc regnū introducatur: nihilominus tamē humillime cōfidimus, Cæſaream veſtr. Maj. ad ipſorum pernicioſiſſima conſilia minime ſeſe cōmoueri paſſurā, multo minus iiſdem aſſenſuram: penes enim ante cōmemoratam deſignationem, quā domini ordines ſuæ reſponſionis epilogo inſeruerūt, nos porro etiā Cęſ. Veſt. M. celare nolum⁹, quod hactenus, diuina nobis adſiſtente gratia, noſtro negotio adeo prouide inuigilauerimus, vt etiam nemo ex illis, SVB VNA, in minimo quoque læſus fuerit.

Sin autem à Maieſt. veſtr. Cæſ. aliquot militareis copiæ, contra prouinciales Cōſtitutiones & decreta prouincialiū Conuentuum, introduci debeant, timemus ſane quod ignobile vulgus in omnibus tribus ciuitatibus Pragenſibus, quemadmodum & in circulis, quamprimum etiam quicquā horum perceperit, omnia monaſteria, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas, hoſtiliter inuadere audeat: cui quidem, vti ſane mallem⁹, reſiſtere perquam graue nobis futurum eſſet, & eo ipſo facto forſitan multus innocens ſanguis pro-

M. DC. IIXX.

profundi posset: pro qua dein' profusione non huius Regni ordines, sed potius ille, qui peregrinum exercitum in hoc regnũ introduxisset, rationem reddere tenebitur. Maius quoq; exinde metuendum foret periculum, si videlicet ordines, in euitabilibus coactisq; hisce, ad contrariam defensionem, necessitatibus, contra militares istas copias externa auxilia & protectionẽ quærere necessum habeant: id quod Cæsarea vestra Maiestas clementissime iterum atq; iterum perpendere ne dedignetur. Iterũ tamen humillima cum obseruantia confidimus Cæsaream vestrã Maiest. ob paucas quasdam personas & malos cõsiliarios, tamquam horum, futurorumque malorum omnium auctores, consilium mutaturam, neque, ad maiores forsitan motus, ansam occasionemque daturam &c.

Cæsaris, ad distinctas Bohemicorum ordinũ literas, plenaria responsio.

Percepta hunc, quem dixim⁹, in modum Bohemorum intẽtione, Cæsar, ad distinctas ordinum Bohemiæ literas, 9. die Iulii sequentibus plenarie respondit:

Matthias &c. Generosi, strenui, perdilecti fideles &c. Binas vestras literas, vna cum instituta vestra contra nos defensione, à vestro cursore accepimus, ex quibus percepimus, quod non dumtaxat paternæ istæ nostræ admonitiones, declarationes, & mandata apud vos locum nullum inuenerint, verumetiam, vice versa, multi graues sane atque adeo intolerabiles prorsus articuli eidem vestræ epistolæ inserti fuerint, cũprimis autem periculosæ comminationes & protestationes, quod videlicet timeatis ignobile vulgus in omnibus tribus Pragensiũ ciuitatibus & circulis omnia monasteria & ecclesiasticos homines hostiliter inuadere ausit, & licet malum istud præcauere velitis, illud tamẽ vobis impossibile futurum esset: Item, quod, propter innocentis sanguinis metuendam profusionem, non vos, sed is, qui peregrinũ militem introduxerit, rationem reddere teneatur.

Quamuis autem de fidelibus nostris subditis istiusmodi conatus minime speremus, multo minus inducamur quod huiusmodi Christiano nomine indigna facta ipsis in mentem venire debeant, nos quoque fideles nostros subditos lædere in animũ numquam induxerimus, sed dumtaxat irrequietos patriæ perturbatores, pro ipsorum merito, punire velimus, idque non per peregrinum, sed in nostro regno & prouinciis, tum etiam in ipso S. R. Imperio conscriptum inquilinũ militem. Nihil quoque gratius acceptiusque nobis contigisset, quam vt hisce omni-

M. DC. IIXX.

omnibus supersedere potuerimus, quemadmodum etiam vos mox ab initio ad exoptatam pacem adhortati sumus, tam diu quoque nullas militareis copias conscripsimus, quousque vos ipsi arma arripuistis, & bellum, subsequutamque innocentis sanguinis profusionem, pacificis, tranquillisq; mediis prætulistis. Cum igitur, vobis ipsis auctoribus, eo vsque peruenire oportuerit, & apud vos adeo paternæ atque clementissimæ nostrę admonitiones reipsa nullum locum inuenerint: iccirco Deus Ter Opt. Max. nobis eiusmodi media clementissime largietur, quibus innocentes Ecclesiastico-politicos subditos defendere, atque sub vmbra alarum nostrarum protegere possimus: imprimis cum eiusmodi attentata omni rationi, ipsi etiam naturæ, decretis cōuentuum prouincialium, omnibus consuetudinibus, iuribus, constitutionibus prouincialibus, compositionis inter eos SVB VNA & VTRAQVE, literisque Maiestatis vestris è diametro repugnent, atque à nullo sanæ mentis viro laudari queant.

Ad perturbatores destructoresq; pacis quod attinet, quos in ius vocare nolitis, sed reipsa, pro ipsorum merito, puniri petatis: æquum illud æstumamus, & istiusmodi transgressores iure plectere nostra stat sententia. Quum vero, ex præscripto omnis rationis, iuriumque naturalium efficacia, nemo pro istiusmodi hominibus haberi possit & debeat, priusquam de hisce audiatur, cōuincatur, & cōdemnetur, eapropter heic terminus hæreat. Vice versa autem priuilegia vestra, iura, atq; prouinciales constitutiones ipsimet tolletis, & perniciosum admodum exemplum supra vosmetipsos, liberos & posteros vestros introducetis, id quod nos quoque, tamquam legitimus Rex vester, qui pro constitutionibus prouincialibus, & priuilegiis vestris iuramentum præstitit, nullo modo probare, neque ad istas inconuenientias silere omnino possumus. Cumque in literarum vestrarum epilogo eiusmodi minas spiretis, quodq; extra Regni limites, peregrina auxilia & protectionem contra nostras vireis implorare necessū habeatis, illud ipsum omnibus in rebus iam modo ipso facto præstitistis: ast certa infallibiliq; spe lactamur nullum Christianum Magistratum vestram intemperiem adprobaturū: imprimis cum cuilibet metuendum, vt, sub eodem prætextu, simile, vel detestabilius etiā quiddam à subditis suis experiri oporteat, &c.

Ordinibus Austriacis etiā periculosissimum in Bohemia exortum

M. DC. IIXX.

Austriacorum Ordinũ ad Cæsareã Maiest. monitoriales litera.

tum incendiũ aliquanto maturius perpendẽtibus, eapropter ad Cæsaream Maiest. sequenteis monitoriales perferri curarunt. Inuictissime Romanorum Imperator, domine clementissime, &c. Ad motũ Bohemicum quod attinet, grauis adhuc de eodẽ instituitur deliberatio atq; consultatio, quoniam vna atque altera pars, nondũ sufficienter audita, & Cæsarea Maiestas, eius rei gratia, singularẽ inquisitionis cognitionẽ instituere parata est. Posito autẽ, sed nondũ concesso, ordines SVB VTRAQVE esse conuictos & pro rebellibus declaratos: nihilominus tamen reipsa deprehenditur, Cæsareæ suæ Maiestati, atque adeo toti illi' laudatissimæ domui Austriacæ, nihil perniciosius, & quod magis in Cæsareæ suæ Maiestatis contemptum ludibriumque vergat, fuisse persuasum, quam quod arma contra Bohemos sumpserit.

Quãuis enim Cæsarea sua Maiest. certam victoriam in manibus suis quasi habere autumet, attamen nihil lucratur amplius quam quod antea suum fuit: qua de caussa illud etiam nullum lucrum nuncupandum, siquidem illud ante victoriam illæsum permanet, postea vero vastatum iterum ad ipsius manus peruenit: immo Cæsarea Maiest. ipsa per grandes militarium copiarum cõscriptiones Hungarorumq; introductiones non solummodo amœnissimum florentissimumque, inter omneis prouincias Austriacas, regnum deuastat, de quo (ad insignes eius opes potentissimumque titulum quod attinet) etiam Rex Hispaniarũ, vel alii Europæ principes potentissimi minime gloriari possunt, sed, vice versa, aliis quoque suæ Maiest. prouinciis tam grauem intolerabilemq; incommoditatem infert, quibus seipsam omnibus mediis, ad proprium suum, Hungaricorum, aliorumque limitum pernecessarium subsidium pertinentibus, omnib' modis destituit. Hac namque conditione ex Bohemia nullos prouentus percipiet, & Bohemiæ incorporatæ prouinciæ, propriæ suæ defensionis institutione excusando sese tuebũtur. Ex Hungaria paruũ sane Cæs. Maj. emolumentũ capit: sine enim auxilio hæreditariarũ suarum prouinciarũ ægre fines (Hungariæ) tuetur, vt iam taceamus, ꝙ in ista corona Regiam suam residentiam figere, necessariamq; sustentationẽ inibi ꝑcipere oporteat. Austriacæ prouinciæ, per periculosas istiusmodi militum conscriptiones, transitus, diribitoria, aliasque, quas bellum parit, incommoditates, exsuguntur, adeo vt Cæsarea sua Maiest. eius rei gratia nullũ Conuen-

M. DC. IIXX.

uentum Prouincialem celebrare posset. Durante siquidē irrequieta ista intemperie ex S. Rom. Imperio nulla speranda subsidia, bonaq; Cameræ & redit⁹ isto in bello detinentur. Ex omnibus itaq; regnis & prouinciis Cæsareæ suæ Maj. ne oboli quidem pretium, redituum loco, vel minimū etiam medium, ad propriū suæ Maiestatis, Turcorum finium, vel continuandi belli inchoati subsidium, pcipere poterit. Ante hæc quidē tempora fides præualebat, quę tamen hodierno tempore, ob notoria grandia debita, prouinciarumq; exhaustionē, proh dolor, omnino euanuit, corruitq; eo magis adhuc indies, quam diu illiusmodi conscriptiones & pericula bellica minime cessabunt. Ad belli continuationem autem quantū fidei in externa peregrinaq; auxilia collocandū fiet, id priora tempora satis superq; testantur, &, de iisdem, gloriosissimus Romanorū Imp. MAXIMILIANVS, ipsiusq; domini Antecessores nō vna dūtaxat vice maxumopere cōquesti, eorumdē vanitatem experti sunt.

Vide nostrā Actorum S. R. Imperii publicorū partem I. fol. 57. & seqq. vbi

Equidem modo iam commemorata debita Cæsareæ suæ Maiestati, tamquā prudentissimo domino, hactenus summopere curæ cordiq; fuerunt, & in pximo cōuentu prouinciali certos quosdā delegatos ad deliberationem istā dari petiit: verū grauissima ista debitorū onera adeo late sese extenderunt, vt vix vlla, ad psolutionē, media excogitari possint, nisi constās pax atq; firma cōcordia hisce in prouinciis certā quamdā viam præmōstrauerint. Sin igitur Cæs. sua Maj. nunc difficilimis copiarū militariū cōscriptionibus (singulis mensibus, ad minimū, cc. florenorū M. constantibus) sese immiscere debeat, puinciis sane exhaustis, viroq; destitutis, Cæs. sua Maj. ex oneribus istis sese nunquā extricare poterit, & vere aureo hamo pisces ceperit, vbi metuendū omnia bona Cameræ, ciuitātes atq; prouincias peregrinorum principū dominio subiectas, atq; adeo prors⁹ à laudatissima domo Austriaca auulsas iri: quæ tamē omnia præcaueri possent, si Cæs. sua Maj. hosce in regno Bohemiæ exortos motus, absq; vi armorū, iterū cōposuerit. Nunc vero extremū, extra præparationem istā bellicā, Cæs. S. M. laudatissimæq; domui Austriacæ metuendū imminensq; periculum multo pluris æstumandū: ad instans enim bellū conatus ac præmeditata consilia semper speciosa atq; acceptabilia, initium facile, medium graue & laboriosum, exitus vero semper incertus est. Cæsarea S. M. in adeo decrepita senectute, periculosis morbis obnoxia, solūmodo quiete indiget, & curam, irrequietam vitam ac innumeras molestias,

M. DC. IIXX.

ud in Ordines, inductione pluriū exēplorū, hāc ce suā monitionem magis cōprobatam faciūt: nos siquidem, dilectæ breuitatis ergo, pauca dumtaxat Historicæ continuationi nostræ inseruientia, ex Actis istis heic excerpsimus, & alibi.

M. DC. IIXX.

quæ in iſtiuſmodi exercitiis bellicis ineuitabiles, abſque familiariũ morborum auctione, vitæq; abbreuiatione, declinare minime poſſet. Sin igitur Cæſareæ ſuæ Maieſt. (quam tamen Devs Ter Opt. Max. adhuc diu florentem incolumemq; conſeruet) ſub iſtis motibus fatalis quiſpiã caſus accidat, certo certius coronam iſtam Bohemicã omnino à domo Auſtriaca translatam iri: à multis ſiquidẽ annis hactenus (vt heic minime ſilentio inuoluamus quę ſæpius in Bohemia à fide digniſſimis honeſtiſſimiſq; hominibus audita ſunt) binæ relligiones, cumprimis Euangelica, in omnib⁹ ferme prouinciis palmam obtinens, ſupra tardas expeditiones aulicas, viles ac nauci pretii effectus, derogationem priuilegiorum, inæqualem ſupe:& inferiorũ officiorum diſtributionem, intolerabilia iudicia & ſententias, periculoſos in prouincialibus cõuentibus proceſſus, ſuperbiã, falſitatem & auaritiam Regentium, audaciam Eccleſiaſticorum, contemptum, metuendamq; obpreſſionem Euangelicorum, magnam diffidentiam, clandeſtinam impatientiam & curam bene recuperatarum iuriſdictionum &c. conqueſti ſunt: acerrima inſuper in Auſtriacis & Styriacis prouinciis contra eoſdem (Euangelicos) Romano-Catholicorum attentata, illos ipſos terruerunt: qui, dum hactenus ſalutaria media, onerumque iſtorum ſubleuationem, à Cæſarea S.M. auide expectarunt & implorarunt, eo magis à Cæſareanis miniſtris obpreſſi ſunt, & in hodiernum etiam diem grauiter, immo plus quam antea, adhuc premuntur.

Ad deſignationem coronationemq; Regis Ferdinandi quod attinet, iſto ſane fulcro nemo nitatur: ſæpius enim in Hungaria, Bohemia aliiſque prouinciis accidit, vt, viuentibus etiamnũ ſuis Regibus, principibus atque dominis, nominati, atque coronati ſucceſſores aliis cedere neceſsũ habuerint. Quocirca omneis ad diffidẽtiam anſam occaſionemque præbentes cauſſæ ſummopere euitãdæ, ne paruum, nupero tempore magna cura & moleſtia recuperatum, impoſterum facilima ſane incuria toti laudatiſſimæ domui Auſtriacæ iterum amittatur.

Cumque, vti habetur in prouerbio, nulla calamitas fiet ſola, ſed malum vnum plerunque ſequatur & alterum, ideo penes periculum Bohemicum, etiã Hungaricum periculum in promptu eſt. Quamprimũ enim Romano-Catholici Cæſareæ ſuæ Maieſtati auxiliareis Hungaros contra Bohemos adduxerint, Hungari, intem-

M. DC. IIXX.

intemperiem hancce Relligionis negotium eſſe autumantes, ocyus ad arma proſilient, factiones excitabunt, & Tranſyluaniæ principem ad ſuas partes pertrahent. Quoniam vero is potens, & Hungaris, ob idem ferme linguę idioma, conformesę ritus, opes, & eandem pene imperii formam, gratus acceptuſque eſt, ac Turcorum Imperatoris, cuius vaſallus eſt, vires ac potentiam minime extimeſcit, Palatinus vero, impar viribus ſuis, nihil contra ipſum attẽtare audeat: iccirco idem, quod à Regis Lodoici morte accidit, facillime quoque iam contingere poſſet, vt nimirum, Tranſyluano in Regem adſcito, corona Bohemica quoque à laudatiſſima domo Auſtriaca transferretur. Si autem Cęſarea S. M. modo dictam Bohemicam coronam vi & armis iterum ſibi ſubiugare vellet, omnem tum ſuam, laudatiſſimęq; Domus Auſtriacæ potentiam, ſummo tamen cum periculo, illuc conuertere cogeretur.

Sed Cęſareæ ſuæ Maieſt. procul omni dubio quidã ſedulo inculcabũt, aduerſari videlicet ipſius Maieſtati, adeoq; toti domui Auſtriacę, quod Bohemi arma ſumant, Cæſarea vero Maieſtas minime. Sed ex hiſtoriis notum potentiſſimos Inuictiſſimoſque aliquot Romanorũ Imperatores, illud ipſum minime curaſſe, ſed, etiamſi exercitum collegerint, eumdem tamen iterum dimiſiſſe. Qui etiam hoc tempus aliquanto acutius intuetur, is reipſa comperit Bohemorum pręparationẽ bellicam ex metu Cęſareæ offenſionis, & quod officialibus prouincialibus, aliiſque, qui aduerſus iſtam coronam minas ſpirarant, Bohemi minime confidant, ſed multo potius aduerſus offenſionem armati in procinctu ſtare velint, inſtitutam eſſe, quemadmodum eorumdem hac de re diuolgata ſcripta Meridiana luce clarius oſtendunt. Vice verſa autem Cęſareæ ſuæ Maieſt. armatura non fit ex metu Bohemorum, neque ſuæ ipſius perſonæ, vel ſuarum prouinciarum aſſecuratione, ſed, vt Bohemos ad obedientiam reducat: iccirco Cęſarea ſua Maieſt. abſque vlla Cęſareæ ſuæ reputationis exiſtumationiſque iactura conſcriptum exercitum iterum dimittere poſſet, quo melius prouinciæ grauiſſimis iſtis oneribus ſubleuarentur; & Bohemi eo minus ſeſe excuſare poſſent quod, ex metu Cęſareani exercitus, ſua grauamina Cęſareæ ſuæ Maieſtati renudare non potuerint. Quamobrem intermiſſio conſcribendarum militarium copiarũ Cęſareæ ſuæ Maieſtati multo magis inſeruiret ad oſtentandã

M. DC. IIXX. suę Maiestatis magnanimitatē, & præbendum intellectū, quod nimium suorum subditorum arma pro nihilo quasi æstumaret, sed sibi bene confideret, solummodo per ipsius Cæsareæ Maiestatis auctoritatem, SINE ARMIS, eadem ponere quam cum subditis suis dimicare. Sin igitur Cęsarea sua Maiestas contra adeo manifestissimas caussas cum militum conscriptionibus perrexerit: tum sane non dumtaxat apud peregrinos, verum etiam apud proprias suas prouincias magnam diffidentiam excitabit, quasi istiusmodi militum lectiones non solummodo contra Bohemiam, sed etiā aduersus alias Austriacas prouincias directæ fient: id quod Cęsareæ suæ Maiest. laudatissimis proauis, in conseruata apud ordines syncera Correspondentia & reputatione Cęsarea è diametro quasi repugnaret.

Quum itaq; hacce nostra deductione monitoria vniuersis & singulis ob oculos ponatur, quod nimirū Cęsareæ suæ Maiestati, laudatissimę domui Austriacę, prouinciis, & populis suis nihil perniciosius, nihilque, ad violandam Cęsareā reputationem, periculosius persuasum fuerit, quam si Bohemos bello peteret: nihil iccirco restat amplius, quā si, quid factu opus, Cęsarea sua Maiestas clementissime resoluat, & ad vnicum dumtaxat huncce sequentem finem spectet, *nimirum quo pacto Cæsarea sua Maiestas Coronam Bohemicam pro, se, suisque posteris, in pace & quiete conseruare posset.* M. DC. IIXX.

Ordinibus Bohemiæ itaq; tam apud Serenissimos Dominos Electores, quam alios etiam S. Rom. Imperii Principes & Ordines dissimiles informationes hinc inde spargentibus, Cęsarea Maiestas, ne Bohemi pręoccuparēt, falsaq; veris miscerent, sequentē meliorem informationē pro cuiuscunque notitia, publicari curauit. *Cæsarea Maiest. pro sua caussa melior informatio.*

Postquam Inuictissima Potentissimaq; Cęsarea Maiestas, A. C. M. DC. XI. ex singulari Dei Ter optumi Maxumi singulari prouidentia, Coronæ Bohemicę imperium feliciter inchoasset, Abbas Braunauiensis apud eamdem de suis subditis maxumopere conquestus est, quod videlicet nō solummodo contra ipsius præscitū, verum etiam, licet sese fortiter iisdem obposuerit, præter voluntatē nouum templum in suo pago, qui tamen nullum amplius Dominū superiorem recognosceret, exędificare in animū induxerint, &, contra omne ius & æquitatem etiā in suo conspectu ædificando pergant. Quocirca Cęsareā S. M. humillime in auxilium vocare & rogare, subditis illis clemētissime iniun-

M. DC. IIXX.

iniungere ne dedignaretur, vt videlicet imposterum ab isto ædificio abstinerent, ad officium suum reuerterentur, sibique, tamquam legitimo ipsorum Domino, consuetam debitamq; obedientiam præstare non desisterēt. Itaque Imperator Abbatis illius petitionem approbauit, & quamprimum Braunauiensibus, vt videlicet Cæsaream S. M. huius rei certiorem redderent, & interea ab incepto ædificio desisterent, clementissime iniunxit, sed, vti ferunt, neutrum horum fecerunt, sed, vice versa, Regiis mandatis posthabitis, defensores ac directores Consistorii Pragensis sollicitarunt, eorumdemue opem & auxilium contra Cæsaream S. M. & Abbatem implorarunt: quo facto Braunauienses, animosiores redditi inchoatum templum eo alacrius maturarunt, idquod Abbatem mirum in modum excruciabat. Cum autem Cæsarea S. M. negotiorū suorum expediundorum causa ex Regno Bohemiæ in alias suas prouincias sese contulisset, atq; à sua A. C. M.DC.XVI. facto reditu, cōmemoratam istā controuersiam tollere decreuisset, Maiest. quas vocant, litteras aliquanto diligentius reuoluit, & inter vtrosque ordines; tam SVB VNA, quā SVB VTRAQVE, factā compositionem acutiorib. oculis inspexit & perpendit. Inter alia autem repperit quod templa exstruere vnice S. R. Imperii ordinibus competat, subditorum vero, præsertim clero subiectorum, ne minima quidē fiat mentio. Quib. perceptis Cæsarea S. M. Comitem à Thurn, vna cū duabus aliis personis, è Defensorum medio, ad se vocauit, iisdemue sequentē resolutionē clementissime cōmunicauit: quod videlicet subditi in fundis Ecclesiasticorum templa exædificare minime possint, idq; nec sub prætextu litterarum Maiestatis, neq; subsequutæ transactionis, immo quod etiam illi, qui rebellib. istiusmodi subditis ferunt suppetias, tutelam, atq; protectionem præstant, neq; vnicam dumtaxat fundamentalē causam, quib. certo nitantur, adferre queant. Hac aūt resolutione Cæsarea, nihilominus ipsi æquitati cōsentanea, percepta, defensores, ira vindictaq; ardentes, collegas suos cōuocant, eorumdē sententias exquirūt, nouas technas explicationesq; pro suo lubitu excogitāt, omnia, quæ dumtaxat Cæsarearū prouinciarū subditis, nō quidem à Rege ipso, sed à tertiis concessa sunt, etiā de bonis Ecclesiasticis intellecta volunt, idq; potissimū hac de causa, quod piæ istiusmodi fundationes cūprimis Reges pro fundatorib. suis agnoscant, & ita bona Ecclesiastica

M. DC. IIXX.

M. DC. IIXX. stica Cameræ propria bona, male sano quidem intellectu, nuncupent.

Et hanc Regiæ Maiestati recta contrariam opinionem defensores, ex adsumpta potestatis plenitudine, Braunauiensibus pro intellectu inculcant, hunc modum ipsis præscibunt, quod nimirum illud ipsum verus nucleus, & proprius ac genuinus compositionis transactionisque intellectus fiet, quem etiam mordaciter admodum tuentur atque defendunt.

Hac ipsa de causa ciues magis magisque irritarunt, qui post modum Cæsareæ suæ Maiest. non amplius obtemperare, de proposito suo nelatum quidem vnguem recedere, neque templi claueis, vti sane ipsis iniunctum erat, ad Bohemicam Cançellariam non prius perferre voluerunt, antequam præcipua capita & rebellionis istius coryphęi in vincula coniicerētur. Cumque in pago Clostergrabensi similis ferme controuersia exoriretur, & loci istius Dominus, Archiepiscopus Pragensis, de iure suo templum, nuperrimo tempore à suis subditis propria auctoritate constructum, solo æquari curaret.: Defensores iterū nouas subinde occasiones quæritantes, nouum cōuentum confessionis suæ addictis hominibus indicebant, numero tot, quot possent, conuocabant, prætendentes omnem ipsorum salutem iam in summo versari discrimine, libertates suas violentiā pati, Maiestatis litteris clanculum insidiari, magnas vires bellicas, quæ cōtra Patriæ leges Patriam obruituræ essent, in aperto campo conspici, atque adeo summum periculum, ni inuigilent, & rebus suis mature consulant, ipsorum capitibus imminere. Hisce & similibus vanis Panicisque prorsus terroribus omnibus metum iniiciunt: quem rumorem cum ignobile vulgus (quod per se suspicionibus aliis magis, quam æquom est, locum relinquit) percepisset, res ad manifestum tumultum seditionemque spectauit.

Quam graue autem curiosissimo Patriæ Patri, & vniuersalis pacis atque tranquillitatis amatori, Cæsareæ suæ Maiestati videlicet, id acciderit, & quam molestè illud ipsum tulerit, ipsius ad Vicarios & officiales Regni eius rei gratia ablegatæ litteræ satis superque testantur: in iis siquidem suis subditis omnem securitatem atque protectionem clementissime est pollicitus, modo Regni membra atq; ordines ipsi debitam obedientiā præstarent, & ab istius modi suspectis conuentibus abstinerēt: Sin vero & porro quoddam dubium, vel periculosa inter vtriuſ-

M. DC. IIXX. vtriusq; Religionis ordines controuersia iterum suboriretur, iisdem clementissime iniunxit, vt scilicet litis istius decisio ad velocissimum Cæsareæ suæ Maiestatis aduentum vsque differretur: interim pacifice victitarent, & perniciosas suspiciones, quarum nulla prorsus causa existat, summo studio vitarent, vnicuique etiam suis priuilegiis gaudere, vti, & pro suo lubitu frui clementissime concessit.

Sed spretis neglectisque hisce omnib. iidem Defensores, XXI. die Maii, maiori, quam antea, numero conuenerunt, &, postquam pridie populum per pastores ex omnibus suggestibus perfecto, gratioso acceptoque sermone, ad insurgendum inuigilandumque, excitassent, iniqua prorsus inter se consilia excogitarunt, quæ omnia subsecuta dies Mercurii in lucem protulit, qua magna armatorum hominum manu stipati arcem Regiam, Cęsareę suæ Maiest. Regiam Residentiam, Cancellariamque Bohemicam (locum alias tutissimum, ob reorum & innocentium asylum portumque vnicum) violenter occuparunt, consiliarios, Regnique officiales præcipuos, contra omnia diuina humanaq; iura, S. Rom. Imperii Constitutiones, omnium populorum temporumque consuetudines, summa violentia, inauditos, causaq; incognita, multo minus conuictos, nulloque contra ipsos instituto processu, immo SS. Eucharistiæ vsu (quem tamen humana bonitas corruptissimis etiam hominibus, nefandis latronibus, atque sceleratissimis quibusque personis permittit) minime cōcesso, de fenestris in imum præcipitarunt. Quo facto omnia contra Cęsareæ suæ Maiest. dignitatem, reputationem atq; auctoritatem vnanimi omnium consensu moliri ausi sunt, dum arcis præsidiarios, Pragensium, aliarumque ciuitatum inquilinos à præstita Cæsareæ suæ Maiestati iuramento abalienarunt, & in sua verba iurare coegerunt, quosdam, legitimis de causis in vincula coniectos propria auctoritate è carceribus violenter eripuerunt, alios Cęsareo-Regios ministros vero, præmissis grauissimis interminationibus, carceribus incluserunt, alios bonis suis exuerunt, grādi ære mulctarunt, arcem Carolosteinium, vbi corona Bohemica, aliaque Regni Bohemici priuilegia adseruantur, remoto ab officio Burggrauio, aliisque præcipuis Regni officialibus abrogatis, occuparunt, annuos Antemonitarum reditus, ad necessariam Hungaricorum finium defensionem deputatos, ali- M. DC. IIXX.

M. D C. IIXX. osque census Regios auaris suis manibus ad ſerapuerunt, quęstores prouincialium contributionum loco remouerunt, iisdem alios substituerunt, istamque contributionem, quod tamen ipsi etiam Regi minime licuit; contra expressum S. Rom. Imperii tenorem, in alios vsus conuerterunt, tam equitum quam peditum militareis copias conscripserunt, Cęsareæ suæ Maiestat. perfideles dilectos, & constantia S. Rom Imperii membra grauissimis intentatis minis ad suas partes pertraxerunt, alios sibi repugnátes subditos irritarunt, scholas omnium Regni Ordinum fundatas, adeoque præcellentem Academiam, Bohemicæ iuuentutis conseruatricem, inque bonis moribus honestatis propagatricem, eiusdemque professores aliosque Ecllesiasticos homines, erudissimos clarissimosque viros ex tota prouincia pepulerunt, templa vastarũt, eorumdemve reditus & prouentus sibi reseruarunt, contra Cæsareo-Regios officiales omnem violentiam exercuerunt, officio suo fungi eosdem prohibuerunt, iisdem, antequã intemperies ista sedaretur, loco excedere interdixerunt, Burggrauium, cui, post Regem, omnis concredita potestas, in propriis suis ędib⁹ armata præ foribus manu custodiuerunt.

M. D C. IIXX. Omnem istam audiciam vero non alio modo excusant, quam quod litterarũ Maiestatis priuilegia, & coangustat religionis SVB VTRAQVE, conseruatio, immo ipsius Cæsareæ Maiestatis, florentissimique istius Regni salus & prosperitas hunc necessariæ defensiouis modum sibi pręmonstrauerint. Cuius figmenti vanitas ex hoc liquido apparet, quod etiam ne minimum quidem hostem vel fingere, vel nominare possint, qui opprimi oportuisset, vel etiam quod regnum in extremam perniciem atque interitum forsitan coniectũ fuisset. Equidem in ipsorum per typos diuolgata Apologia IV. personę nominantur, quæ, etiam inauditæ, publici hostes regni ac vniuersalis quietis atq; tranquillitatis perturbatores iniuriose appellantur, ad quam suo loco respondebitur. Ast iudicet nunc quilibet sanę mentis iudex, an videlicet, ob cõmemoratas istas caussas, iugum obedientiæ excuti, frenum rebellionis solui, constitutiones opprimi, & innocentia Regni membra damno perniciosissimi adeo belli implicari oportuerint, & an subditis contra legitimum suum Regem insurgere, vicinarum prouinciarum, Regum, Electorum, aliorumque S. Rom. Imperii Principum & Ordinum

M. DC. IIXX.

dinum opem & auxilium implorare, eosdemue contra Cæsaream S. M. irritare atque commouere licitum concessumq; fuerit? Notum præterea manifestumque est omnibus & vniuersis, in ipsa rei veritate quoq; certum, constans, atq; immotum permanebit, Priuilegiis, litterisque Maiestatis ne minimum quidem derogatum fuisse, neque etiamnum hodie derogari: immo Cęsareę suæ Maiestati numquam in mentem venit, minimam etiam litteram cōtra clementissime concessas confirmationes immutare vel in dubium trahere, id quod peculiares aliquot Cęsareæ suæ Maiestatis editæ resolutiones atque declarationes satis superque testantur. In iis vero rebus, quæ sub libertate Relligionis atque adeo absque vllo dubio occurrunt, vtpote an licitum fiet subditis in territorio Ecclesiasticorum Dominorum templa extruere &c. illarum, inquam, rerum sententiæ, explicationes, & deductiones inter litigantes minime defendendæ, neque defensoribus ob id licuit, quod inopportuno adeo tēpore falcem suā alienæ messi immiserint, sed definitiua istiusmodi sententia, explicatio, & deductio, tamquam caussa, cuius nouum priuilegium nullam omnino mentionem facit, merito Cæsareo-Regiæ suæ Maiestatis syncero iudicio fuit reseruata. Incōcinnum admodum itaque videtur quod inaudita istiusmodi attentata sub prætextu Relligionis defendantur, quæ ipsam etiā Cęsaream suam Maiest. non parum concernūt. Licet vero eadem suā Cæsarea Maiestas, necessariis mediis minime destituta fiet, quib. pro merito transgressionē rebellionemq; istam punire atq; Cæsaream suā auctoritatē tueri posset: nihilominus tamē pro innata sua Cęsarea bonitate atq; clementia, qua multifaria pericula, quę plerumque ex bello exoriri solent, quasi iam oculis suis ex cōmiseratione & cordelio intuetur, coram vniuerso mundo protestatur se nihil aliud in votis habere, quam q ex pręscripto S Rom. Imperii Cōstitutionum, per ordinariam rei inuestigationē ius obseruetur, & iuxta omneis solēnitates & consuetudines, vtrimq; militareis copiæ dimittantur, atq; adeo extremū periculū huius regni per legitima iustitię media mature auertatur: q̄ ęquissimam etiam Cęsareā suam molinationem, animiq; legitimam intentionē tam per patēnteis litteras omnib. & singulis relligionis SVB VTRAQVE addictis hominib. innuere voluit &c.

M. DC. IIXX.

M. DC. IIXX.

Vercellæ in Italia ab Hispaniarum Rege Sabaudo restituta.

Hæc dum in Bohemia & Austria inter Cæsaream suam Maiestatem & ordines agerentur, res Hispano-Sabaudæ controuersæ in Italia paulatim ad pacem inclinarunt. Postquam enim vtriusque partis milites peculiareis aliquot arces & loca, cum primis vero Gubernator Mediolanensis Vercellas munitissimā arcem occupasset, eamdemque post diuersimodas tractationes factasque multorum procerum intercessiones, Sabaudo XV. die Iunii restituisset, Hispanos præsidiarios, tormenta omnemque munitionem bellicam iterum eduxisset, & Capitaneus Sabaudicus Monsieur Bella Motta M. peditibus & D. equitibus arcem, inquilinis exultantibus & cum iubilo Viue Saphoia clamitantibus, ingressus esset, tamdem pacificationis articuli inter Hispanum & Sabaudum omnino confirmati sunt.

Periculosa conspiratio contra Sereniß. Rempub. Venetam detecta.

Sub ista pacificationis tractatione autem Venetiis magna ac periculosa conspiratio detecta est: dum peculiaribus aliquot in locis LX. Capitanei, & DCC. sicarii milites, partim Hispani partim Galli certo quodam tempore conuenire, Signoriæ palatium occupare, omnesque Senatores trucidare debuerunt, quibus in certis quibusdam triremibus vltra mille alii adiuncti fuerunt, qui in publicis ædibus monetariis proditionis coniurationisque initium facere iussi sunt. Et sane audacissimum istud facinus facillime in effectum deducere potuissent, præsertim si cum artificiosis ignibus, quos penes sese habebant, Venetianum Arsinale vel armamentarium, ac simul LXIII. fornices, lini oleo, pice, & lignis refertas incendissent, & isto sub tumultu pontes deiecissent, ne forsitan communitates ciuitati succurrere potuissent, quem in finem maiores minoresque aliquot triremes & tormenta proditores in promptu habuerunt. Verum ex insidiatoribus illis quidam, præ relliquis, sibi cautius prospexit, omnēq; rei seriem Venetiano Magistratui detexit, qua de causa ipsi non dumtaxat magna summa pecuniæ donata, verum etiam ipsi & omnibus eius posteris insignis annua intrada constituta est.

Postquam vero cæteri proditionem detectam esse animaduertissent, fuga dilapsi, pauci comprehensi, & partim collis, partim pedibus suspensi, præsertim autem Venetiani aliquot nobiles coniurationis istius consciieiusdemque promotores, noctu

M. DC. IIXX.

noctu, respectu magnæ familiæ, aquis suffocati sunt, & ex ipsorum numero Capitaneus quidam Gallicus, Zadoperus nomine, pedibus ad malum alicuius triremis suspensus est.

Antonius Priulus in Venetianorũ Ducẽ electus.

Hæc autem conspiratio à morte serenissimi Venetianorum Ducis facta, & in ipsius locum dominus Antonius Priulus, magna totius ciuitatis lætitia & applausu electus est, qui tempore factæ pacificationis in finibus fori Iulii tamquam Commissarius prædantes Vscochos, ope & consensu Regio-Archiducalium, depellere, nunc vero IV. triremibus & XII. armatis nauibus Venetias proficisci iussus est, cui Vscochi tam in reditu quam regressu itineris insidias struxerunt.

Crema interceptione frustra tẽtata.

Pari modo Crema, eidem Reipublicæ Venetianæ subiectũ oppidum interceptione tentatum, ast dolus singulari Dei beneficio iterum detectus est: officiales enim quidam, hosti portam aperire conantes, comprehensi & in vincula coniecti sunt.

Magna pyratarum direptiones in Oceano &c.

Eodem ferme tempore in mari mediterraneo circa Gribralltharum, quemadmodum & in Oceano, varii periculosi motus exorti sunt, dum pyratæ, iis in locis, latrociniis ac direptionibus aliquot Nationum naueis hostiliter infestarunt, & occupata quadam Hispanica Insula eamdem diripuerunt. Eorum aduentũ VIII. Hollandicæ naueis bellicæ, sub imperio Guasti Enckhusiani, circa Algieram præstolantes XXIII. ex pyraticis istis nauibus adeo mascule & fortiter adorti sunt, vt, XII. ex iisdem crebris tormentorum displosionibus submersis, VI. earumdem occuparint & repertos in illis Turcas aliasque Nationes, in conspectu Algierensium, partim suspenderint, partim ex nauibus deturbando aquis suffocauerint.

M. DC. IIXX.

Turcorum Tartarorumque in Poloniam hostiles incursiones.

Similiter & Cossaggi Polonici in Turcia latrociniis, direptionibus atque incendiis omnia loca infesta reddiderunt, incolasque magna sane clade adfecerunt. Cũ autem Turcorũ Imperatoris crebri ad Poloniæ Regem missi nuncii, eumdem ab hostilibus istiusmodi attentatis dehortantes, ne hilum quidem efficerent, sed laterem in cassum lauarent, tamdẽ Imperator Turcicus, iisdem, modo commemoratis, de caussis, Polonorum Regi bellum indixit, & perpotentem exercitum per Moldauiam in Poloniam immisit, ac cum XL. excitatorum Tartarorum M. Podoliam hostiliter irruentibus tanto quidem damno incolas adfecit, cuius & quãti sane à multis nunc temporibus homines vix recordari potuere. Postquam autem istius prouinciæ præfectus

 cum

M. DC. IIXX.

cum III. hominū M. iisdem summa cum festinatione obuiam processisset, à Turcis Tartarisq; illico circumuentus, adeoque coangustatus est, vt vix III. vel IV. comitibus fuga sibi consulere potuerit. Paullo ante istam Turco-Tartaricam irruptionem vero Rex Poloniæ Cæsareæ suæ Maiestati ingens contra rebelles suos Bohemos subsidium mittere cōstituerat, & eum in finem M. Cosaggos versus Austriam præmiserat, qui etiam progrediundo Plessam oppidulum diripuerant. Quoniam autem Rex alias conscriptas militareis copias, expeditioni Austriacæ destinatas, ipse contra II. hæreditarios hostes, Turcam & Tartarum, conuertere atq; adeo proprias suas prouincias defendere necessum haberet, eapropter easdem penes se retinuit &, ad custodiendos limites, hosti obuiam misit.

Vdenheimia, Electoris Palatini iussu, demolita.

Hæc dum in Italia, Polonia, Turcia, aliisque finitimis in locis, agerentur, in Germania quoque circa Rheni fluuiū, inter Electorem Palatinum & episcopū Spirensem, magni sane momenti cōtrouersia exorta est. Postquam enim modo dictus dominus Spirensis Episcop' oppidulum & arcem Vdenheimiam, per se murorum crassitie, fossatum profunditate locisq; palustribus aduersus hostiū incursionem sat munitam, nouis, iisq; peramplis, propugnaculis, fossisq; profundioribus eo magis magisque fortificasset, Elector Palatinus vero eumdem nō vna dūtaxat vice, (præsertim quū Spira, ne ad III. ab vrbe miliaria fortificationis alicuius ædificium extrueretur, certis gauderet priuilegiis Cæsareis) vt à cæpto fortificationis ædificio abstineret frustra dehortatus fuisset, Spinolam quoque ad ædificationem istā informationem suā communicasse, & presentem ad imponendū propediem loco Hispanicū præsidiū, in arce ista fuisse cōstans fama tulisset: eapropter vniti Electores & principes, præsertim vero serenissimus Elector Palatinus Fridericus, Dux Wurtēbergicus, & Marchio Durlacensis, postquā antea cum vnitis ordinibus Heylbronnæ, Wetterauiæ comites vero Fridbergæ conuentum celebrassent, XV. Iunii IV. equitum peditumque M. & MCC. fossoribus, tormētis ac petardis insuper probe instructi arcem ad deditionem postularunt, additis minis, ni dicto obsessi audientes essent, portas ac pontes arcis tū propediem demolitos iri. Quocirca arx, absque vllius tormenti displosione, illico aperta est, quo facto, & fossis terra oppletis, noua propugnacula & valla illico demoliri

M. DC. IIXX.

cœpta

M. DC. IIXX.

cœpta ſunt. De impreſſione autem iſta Elector Palatinus ſequentem ferme in modum ſeſe edito ſcripto excuſare conatus eſt.

Electoris Palatini de arcis Vdenheimica demolitione ſcriptum Apologeticum.

Sereniſſimus illuſtriſſimuſque princeps ac dominus, dominus Fredericus, Comes Palatinus Rheni, Sacr. Rom. Imperii Archidapiſer & Elector, Dux Bauariæ &c. mox ab initio Electoralis ſui Imperii omnia ſua conſilia & actiones eo potiſſimum dirigere ſtuduit, vt, turbulentiſſimis præſertim hiſce temporibus, ope diuina in dilectiſſima noſtra Germanicæ Nationis patria ordinum pernicioſa diffidentia iterum tolli, atque adeo exoptata pax, & quieta ſecuritas publica conſeruari poſſet, quem in finem etiam Electoralis ipſius Celſitudo veteres cum vicinis habitas controuerſias peramice componi curauit; & non minimum quidem de ſuo iure remiſit. Cumprimis autem eo ſpectauit, quomodo videlicet cum Epiſcopatu Spirenſi, qui A. C. M. CCCC. LXII. perpetuæ Electorum Palatinorum tutelæ atq; protectioni ſeſe commiſit, bonam vicinitatem pacifice exercere poſſet: quem in finem etiam inſignes quoſdam agros, quos Celſitudinis ipſius dominus parens Fredericus, Comes Palatinus &c. grauiſſimis de cauſis, erga depoſitam quamdam pecuniæ ſummam, ad ſe pertraxit, moderno domino Epiſcopo Spirenſi libere reſtituit, quod tamen, extra legitimum iuris proceſſum, facere minime tenebatur. Poſtquam etiam modo commemoratus dominus Spirenſis epiſcopus, tam oretenus, quam miſſis literis & internunciis Electorali ipſius Celſitudini ſignificaſſet, ſe ſuam reſidentiam Vdenheimiæ ſaltim tenuiter cuſtodire intentum eſſe, quo melius vna cum ſuis miniſtris, Cancellaria ac principali Archiuo, in tam ſubitaneis copiarum militarium tranſitionibus atque incurſionibus, ſecuritatem ſibi polliceri poſſet, ac ſimul tam ſancte promiſiſſet ſe videlicet iſto ſuo ædificio Electoralem ſuam Celſit. ne in minimo quidem offenſurum, ſed multo potius, in vniuerſo totius iſtius ædificii negotio, Elect. ſuæ Celſit. conſilio adeo ſemper vſurum, vt eo ipſo bona inter Palatinatum & epiſcopatum (Spirenſem) bona correſpondentia impoſterum quoque ſarta tectaque conſeruari atque augeri poſſet &c. eapropter Elect. ſua Celſ. epiſcopi verbis & promiſſionibus innixa, tam tenuiter ſibi exaggeratũ ædificium non ſolummodo ſibi non aduerſari paſſa eſt, ſed etiam, ad iſtius operis promotionem, ex bona vicini-

M. DC. IIXX.

M. DC. IIXX.

vicinitate proprios suos architectos episcopo concessit. Cum vero Elect. ipsius Celsitudo tam ex ipsis ædificii delineationibus, quã ex ipso opere deprǽhendisset, episcopum, contra datam fidem, grandem fortificationis alicuius molem extruendã sibi in animum induxisse, quo facto, penes grauissimas alias cõsiderationes, Palatinatus summum Regale, Salui conductus & securitatis publicæ videlicet, ipso in effectu annullaretur & in nihilum redigeretur: secum quoq; diligenter perpendisset tam late spectans fortificationis, in ipso Palatinatus meditullio, ædificium, citra euidentem & in oculos quasi incurrentem æmulationem, & continuæ offensionis perpetuum metum, absolui haud posse: iccirco Elector. ipsius Celsitudo, vt futurum metuendumque malum præcaueret, illudque in tempore anteuerteret, per insignem quamdam legationem, omneis circumstantias domino episcopo peramice proponi, ipsique perturbatũ admodum turbulentumque S. Rom. Imperii statum hodiernum inculcari, ac simul eumdem monere iussit, vt videlicet vel ab inchoato fortificationis ædificio abstineret, aut tamen in ante promissis terminis illud ipsum ædificiũ maturare & absoluere pergeret. Ad quam Palatinorum legatorum propositionem dominus episcopus respondit, & ædificium illud nullam omnino fortificationem esse constanter asseuerauit.

M. DC. IIXX.

Cumque etiam ipsa Spira interea animaduertisset ædificium istud episcopi ipsorum ciuiũ Cæsareo-Regio priuilegio aduersari, eapropter & ipsa toties commemoratum dominũ episcopum iteratis vicibus eius rei certiorem reddidit, eidemq; modo dictum priuilegium per copiam insinuari curauit, eumdemque sui iuramenti (quo quilibet nouus Spirensis episcopus ciuitatis priuilegia tueri atq; conseruare iurare tenetur) rationem habere adhortata est. Verũ idem episcopus eidem persuadere voluit ædificiũ illud nullam fortificationem, neque eiusdem priuilegiis quicquam derogaturum esse: nihilominus tamen dominus episcopus inchoatã operis molem summa diligentia ad finem perducere mandauit: eapropter Electoral. ipsius Cels. ad ipsum etiam Spirense Capitulum omnem rei gestæ seriẽ literis cõpræhensam perferri, illudque vt nimirum sibi prospiceret & metuendum damnũ declinaret, admoneri curauit. Verum & illud non secus, quam episcopus, ædificium illud nullam fortificationem esse affirmauit, sed Archite-

ctos,

M. DC. IIXX. ctos, laborum suorum laudem atque gloriam captantes, ædificio isti illam formã externamq; speciem indidisse tamquam singulare quidpiam extrui deberet, & nihilominus tamen leuidẽsem quãdam custodiam præ se ferret. In qua rotunda & categorica, tam ipsius Capituli, quam domini episcopi responsione resolutoria Electoral. ipsius Celsitudo tũ temporis adquieuit. Verũ, multis tractationibus pacificis cum episcopo frustra susceptis, cũ munitionum propugnaculorumque peritissimi viri ad episcopum missi, ex totius operis informatione omnibusque eiusdem circumstantiis, tantum sane percepissent, quod fortificatio ista vltra M. virorum præsidium, ac tormentorum munitionisque non contemnendum numerum requireret, ex quo autem Electoratui Palatino & vicinis magnum damnũ inferri posset: itaque dominum episcopum obsequiosissime admonuerunt, vt ædificii continuationem saltim ad principis Anhaltini aduentum differre dignaretur: ast & illi fidelissima sua adhortatione apud episcopum nihil effecerunt.

Licet vero Electoralis ipsius Celsitudo ex tantis Episcopi & Capituli tergiuersationibus, contrarietatibus, aliisq; grauissimis in summum Electoralis suæ Celsitudinis præiudicium vergentibus caussis, ad demolitionem arcis istius quamprimum & mox à tractationis violatæ initio, ansam legitimamque occasionem habuisset, nihilominus tamen, ad testandam pacificã Electoralis suæ Celsitud. mansuetudinem, missis iterum atque iterum ad episcopum, crebris, qui ipsum ab inchoata fortificatione peramice dehortarentur, internunciis, demolitionis paullo ante cõmemoratæ exequutionem ad iustum idoneumque tempus differre maluit. M. DC. IIXX. Siquidem in tam periculoso statu Electoralis ipsius Celsitudo, ad sui Regalis conseruationem, populorum ditionumq; suarum adsecurationem, nullam aliam, nisi viam bonitatis, iuris, propriæque suæ defensionis & conseruationis habere potuit. Prima, vti aliquoties antehac dictum, ex aduersæ partis pertinacia, post laboriosas aliquot susceptas tractationes, frustra tentata est. Altera vero, vti omnibus & singulis cognitũ manifestumq;, in S.R.Imperio, proh dolor, hodierno turbulento tempore ita comparata est, vt in istiusmodi negotiis, vbi summum & euidens periculũ in mora, nullum remedium iuris reperiatur, per qũ in nõ suspecta cognitione ad impediendũ tam perniciosum ædificium perueniri potuisset: impe-

M. DC. IIXX.

trato autem isto, nihilominus, ad exequutionem vsque, multus sanguis, cum magna bonorum fortunarumq; iactura, impendi oportuisset, atque ita, si fortificatio ista ad perfectionem suã peruenisset, exequutio ista omnino frustratoria fuisset. At quando subest periculum armorum, scandali publici, & met' tumultus & seditionis, cum etiã nulla iuris remedia idonea in promptu sunt, tum à regulis iuris communis receditur. Et hinc etiam, ob eamdem caussam, spoliatus ante omnia nequaquã restituendus est, vt tradit Menoch. 1. Remed. recup. poss. Vb. N. 308. exemplum ponit, & plures allegat, in munitissimo castro vel oppido, si quis eo spoliatus esset, eum ante omnia non restituendum, quia etiamsi postea contra eum sententia feratur, non sine maximo discrimine ac detrimento exequi illam possit iudex. Ex quibus omnibus concludendum est fortificationis istius ædificium, tam publice in genere, quam priuatim in specie Palatino Electoratui periculosum, ipsiusque iurisdictioni, & ciuitatis Spirensis priuilegio intolerabile, atque ita necessario à domino Episcopo, per æmulationem ad offensionem aliorum ædificatum fuisse. Quamuis enim in dubio æmulatio non præsumatur, si tamen damnum aut offensio vicino ex tali structura principaliter immineat, immo cum facienti leuis est vtilitas, vt heic, vicino autem magnum incommodum inde inferri posset, illicite damnum dicitur. Immo hoc in negotio politici vlterius scribunt: Et ædificio apto nocere, caussam iustam belli capi posse, cum hostes sint, qui apparatus faciunt, vt nos offendere possint, & paratus facere proximus sit facienti. Quid ergo expectare debemus, dum offendamur? Signa proxima caussæ effectum prope esse significant. Similiter & Doctores de iure belli tractantes, communiter statuunt, iustum etiam metum belli, belli legitimam caussam esse. Iustus autem metus est, vbi certa & proxima sunt signa, quæ nos timere faciunt. Et inprimis principi, liberum est suo potius, quam alieno timere arbitrio, vtpote cui cura populi sibi cõmmissi incumbit. Et præclare, eadem hac de re, inquit Baldus Cons. 111. culpa est defensionem alterius omittere; sui, dolus. Hinc dicitur impressionem factam censeri, si subsit iustus metus futuræ impressionis, etiamsi nulla sequatur impressio. Gail. de pace publ. lib. 1. cap. 2. num. 7. Et: Melius est in tempore occurrere, quam vindicare se post exitum. Text. in l. 1. c. Quan-

M. D C. IIXX. c. Quando lic. vnic. sine iudice se vindic.

Ex quibus, aliisque quamplurimis iuris fundamentis facillime deduci potest, quod dominus Episcopus, continuatione illius fortificationis ædificii, primus initium ad offensionem fecerit. Ex quo necessario sequitur: Quod defensio, & sui conseruatio sit omni iure licita, & quod is, qui constructione ædificii nocet, aut in eo est, vt nocere possit, nec desuper sufficienter cauere velit, aut possit, eiusdem destructione repelli possit.

Quamobrem Electoralis ipsius Celsitud. nolens volens toties dictum domini Episcopi nouum fortificationis ædificium officialibus, ministris atque subditis suis demolire clementissime iniunxit, idque potissimum eo modo, ne vel domino Episcopo, aut suis, immo nemini exinde vllum damnum detrimentumue inferretur: omneis tamen, vltra tam sæpius factas peramicas dehortationes, necessario elocatos sumptus sibi legitimo modo reseruans. Alias Electorali ipsius Celsitudini neque cum toties commemorato domino Episcopo, aut Capitulo, vel etiam ipsorum subditis, extra hunc vicinum errorem, nulla intercedit controuersia, sed multo potius ab iisdem nullam amplius M. DC. IIXX. offensionem expectat, ipsisque, vrgente necessitate, ex veteri cum Electorali domo Palatina compacto & bona Correspondentia, omnem vicinam adsistentiam opemque fideliter præstare parata est, certo sibi persuadens, omneis & singulos hancce Electoralis ipsius Celsitudinis necessario factam arcis Vdenheimicæ demolitionem sibi in malam partem minime interpretaturos, multo minus ad sinistras forsitan cogitationes contra eamdem sese commouere passuros esse: dum Electorali ipsius Celsitudini, sua quidem ex parte, pacificus Sacr. Roman. Imperii status & bona Correspondentia, præsertim cum eius Celsit. vicinis Ecclesiastico-secularibus ordinibus, auxiliante diuina gratia, semper curæ cordique futura, eamdemque pro virili conseruatura est, minime dubitans aduersam partem quoque eamdem, erga Electoralem ipsius Celsitudinem, adfectionem & vicinam beniuolentiam exhibituram esse.

Cæsaream Maiestatem, dominum nostrum clementissimũ, ex paterna prouida cura, innataq; lenitate atq; mãsuetudine, quo melius vniuersalis quies, pax & cõcordia cõseruarentur, clementissime concessisse, vt Hungariæ Regni do- *Ferdinandus, cõsensu Cæsareæ Maiestatis, in Regem Hungariæ coronatus.*

M. DC. IIXX.

domini ordines Regem & supremum dominum ordinario legitimo modo eligerent; proclamarent, & coronarent, de eo, inquã, supra diximus. Habita itaq; diuturna deliberatione atq; consultatione tamdem, vnanimi omniũ consensu, serenissimum celsissimumq; principem ac dominum, dominum FERDINANDVM, Regem Bohemiæ, Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Wurtenbergæ elegerunt, & simul in demortui Palatini Hungariæ locum dominum Sigismundum Forgatsium substituerunt, paullo post autem, 1. videlicet die Iulii, Rex Ferdinandus magna pompa atq; insigni solemnitate Presburgi sequentem in modũ coronatus est.

Circa VII. horam matutinam Hungariæ proceres atq; ordines Hungaro-Regiam coronam Regis Stephani, laudatissimæ gloriosissimæque memoriæ, ex arce magno armatorum militum comitatu, in cathedralem Ecclesiam solemniter deportarunt, eamdẽque summo summi templi altari imposuerunt. Hora IIX. Rex Ferdinandus, rubro vestitu Hungarico indutus, in cathedralis illius templi sacrarium deductus est. Regem proxime sequebatur serenissimus illustrissimusque princeps ac dominus, dominus MAXIMILIANVS Archidux Austriæ pari Hungariæ veste amictus: vrbis plateæ asseribus tectæ, ac partim rubeo, partim viridi panno superinductæ fuerunt, vtrimque vero milites decenti ordine, elegantibus armis instructi, ac bene decenterq; vestiti conspiciebantur, & iucundum sui adspectum præbuerunt. Postmodum Rex ex sacrario per templi medium ad summũ altare sese contulit, quem x. Hungariæ proceres præcesserunt, singuli Regium vexillum, in quibus singulis singula regnorum nomina, quæ olim Hungariæ Regno subiecta fuerant, descripta conspiciebantur, in manibus gestantes. Regem singulari pompa mox alii Barones sequuti sunt, quorum vnus crucem, alter gladium, tertius pacem, quartus Regni malũ, quintus sceptrum, sextus coronam, aliiq; alia Regalia gestitarunt. Ad summum altare vero vbi deuentum est, Rex flexis genibus humi prostratus, Regio more consuetisque Regiis cæremoniis & solemnitatibus vnctus atque coronatus est. Ante coronationem, inter lectionem epistolæ & Euangelii factam, dominus Palatinus, Hungariæ coronam in manu habens, tribus vicibus clara atque distincta voce ad populum clamans eumdem interrogauit,

M. DC. IIXX.

M. DC. IIXX. vit, num videlicet FERDINANDO Hungariæ coronam tribuere velit? populo autẽ affirmatiue Domino Palatino respondente, Palatinus Regi coronam imposuit, quibus omnib. rite ac Regia prorsus magnificentia peractis, ter, VIVAT REX, adclamatum est. Mox à coronatione Rex SS. Eucharistiæ viatici particeps factus est, & educto è vagina gladio illum ter in altum, more crucis, vibrauit. Omnibus dein Regiis cæremoniis Regia pompa magnificentissime peractis, ex cathedrali templo ad monachorum nudipedum templum itum, ac, intereundum, aureo-argentea moneta inter populum sparsa est cum hac inscriptione:

FERDINANDVS SECVNDVS CORONATVR IN REGEM HVNGARIÆ PRIMO DIE IVLII M. DC. IIXX.

In illo autem Franciscanorum nudipedum templo multi equites aurati creati sunt. A sumpto prandio Rex ab Hungariæ ordinibus, Baronibus, & Equitibus in humilem quamdã collem deductus est, vbi, inter alios, procerũ, Baronumque filii iuniores nouo Regi in Romana lingua gratulati sunt. Postridie circa vesperam insignes artificiosi ignes proiecti sunt, quorum aliqui in Danubio supra, & sub aquis decenter comparuerunt: alii vero in plano lato que campo, instar multorum equitum, conspecti sunt: alii itidem, seu viui Dracones, in sublime volitantes mox iterum in arcis medium sese dimiserunt. Post multa autem ludicra equestria certamina & totam coronationẽ Regia Pompa peractã, Rex FERDINANDVS, vna cum Serenissimo Archiduce MAXIMILIANO, iterum Viennam versus sese contulit, & inibi, de tollendis Bohemorum motibus, cum suis consultationes deliberationesque instituit. M. DC. IIXX.

Vanam Dominandi cupidinẽ in Belgio Religionis negotio sese perperam immiscuisse, ex historia & cottidiana experientia notum est. Cum itaque præcipuæ aliquot vrbes Generaliũ, Dominorum Stadensium imperio sese subtrahere conarentur, quarum exemplum cumprimis Vltraiectum, Leodium aliæque vrbes præpostero sane modo sequebãtur, eapropter, vt isti confusioni & intẽperiei mature iretur obuiam, Illustrissimus Princeps Mauritius prudenter quidem primo Neomagum, Campas aliasq; vrbes visitauit, in iisdemque denuo bonam pristinamq; politiam instituit. Exinde M. Maio Amstelrodamum profectus, inibiq; cre- *Confœderatarum prouinciarum Belgicarum vrbes aliquot à Principe Mauritio lustrantur & reformantur.*

 bris,

M. DC. IIXX.

bris, ex nauibus & propugnaculis, tormentorum displosionibus salutatus, & per aliquot arcus Triumphales, aliquot ciuium bene armatorum mundatorumq; vexillis Principis aduentum ordine præstolantibus, à Magistratu ciuitatis Regia ferme pompa deductus est. Postquam autem Mauritius in vrbe omnia pacata reperisset, biduo post CCC. militum sclopetariorum, XL. equitum ac L. curruum comitatu, à Senatu & ciuibus iterum honorificentissime dimissus est.

Postquam autem omnis quasi negotii cardo in Vltraiecto verteretur, Mauritius, sub specie Arnheimum tendens, ab vltraiectensibus nocturnum diuersorium petiit. Verum magna Senatorum parte renuente, & prætendente Principem forsitan, magnæ communitatis ignobilisque vulgi caussa, non sat tutum fore, Mauritius nihilominus, procul omni dubio prouerbium: *Qui minis moritur, bombis asininis sepelietur*, secum perpendens, hospitium cum suo comitatu sibi in vrbe sumpsit.

Wer von drouwen stirbt/den begrebt mann(*honore lectoris saluo*) mit Esels fürgen.

Etiamsi autem Senatus conscriptis suis militibus iniunxisset, vt nimirum, si Mauritius aliquid tentaret, arma contra eum sumerent, nihilominus tamen milites Senatus dicto minime audientes fuerunt: cumque idem ille Magistratus milites, ordinaria stipendia expectantes, iterum dimittere recusaret, Mauritius subsequente nocte, circa II. horam, cum suo penes se habente milite curiam, plateas, omnia præcipua vrbis loca, cumprimis vero aliquot portas, & viduarum portam summo silentio occupauit. Quo facto princeps ad locum, Nevvam dictum, in quo expectantes milites excubias agebant, se conuertit, & postulato ipsorum Capitaneo Hartefeldio interrogatoque num sese amicum vel hostem eius profiteretur, Capitaneo autem respondente, sese pro Mauritio fortunas, sanguinem ac vitam ipsam impensurum esse, Princeps, ad dicti confirmationem, omnes arma ponere & sese segregare iussit, quod ocyus ab ipsis, & cæteris V. Capitaneis vna cum ipsorum militibus factitatum est, qui omneis accepto stipendio vrbe emigrarunt. Et hoc modo Mauritius vrbem, etiam absque vllius viri iactura, sibi subiugauit & ad Dominorum Generalium Stadensium obsequium reduxit. Postquam etiam Senatū vrbis perlustrasset, quidam ex ordine isto Senatorio abrogati, quidam vero, vna cum Ledebergio Secretario, fuga dilapsi sunt. Reliqui Senatores in curiam conuoca-

M. DC. IIXX.

M. DC. IIXX.

uocati vna cum aliis Officialibus pacifice & quiete, vsque ad instantem futuram Synodum, vitere iussi sunt. Quo facto Harlemum, Leodium, aliæque vrbes paululum de pristina sua pertinacia iterum remisere.

Synodus Dortensis, Ledeburgii, Barnefeldii, aliorumq; conspiratium captiuitas.

Verum enimuero Generales Domini Confœderatarum Prouinciarum Belgicarum Ordines nō dumtaxat, ad tollenda Armenianorum dissidia, vniuersalem Synodum Dortæ per prędicantes suos celebrari curarunt, verum etiam, postquam videlicet intellexissent sub Relligionis negotio singulares periculosissimasq; proditiones foueri, Vltraiecti aliquot Senatores vna cum Secretario Ledebergio in vincula coniecerunt, alios Gubernatores vero, vtpote Heusdensem, Bergensem in Sooma, Ramecensem, & Lilloensem, Hagam-Comitis citarunt, iisdēque in locis, ręsertim cum Mauritii vitæ insidiæ structæ fuerint, diligentes excubiæ actæ fuerunt. In modo dicta Haga-Comitis quoque vir Inlustris Dominus Ianus Olden-Barnefeldius Arresto detentus, & in illo conclaui, in quo antehac Hispanicus Admirans ex Arragonia captiuus custodiebatur, aliquot excubitoribus custoditus est, quemadmodū etiam paulo post Grotius Leodiensis, & Hogerbertius Roterodamensis Syndici ambo in vincula coniecti sunt: cuius rei gratia sequentes patenteis litterę ab ordinibus illico ad valuas adfixæ sunt.

M. DC. IIXX.

Postquam in mutatione Vltraiecti, aliisque in locis, ex decreto potentissimorum Generaliū Dominorum Ordinum facta, per Principem Mauritium, ordinumque prouinciarum confœderatarum Belgicarum delegatos, singularia quædam arcana detecta fuerint, de quibus antidhac non leues sane suspiciones conceptæ sunt, quæ in magnum præiudicium prouinciarum, tam in generali, quam particulari, non absque magno periculo, damno, atque detrimento Status in prouincia vergere, & quod eo ipso nō solummodo Vtraiectum, verum etiam aliæ vrbes confœderatarum Prouinciarum Belgicarum in horrendam sanguinolentamque lanienam præcipitari debuerunt, quodque itidem præcipui Antesignani & auctores huius Tragœdiæ M. Ianus Olden-Barnefeldius Hollandię Aduocatus, Hougerbertius, & Hugo Grotius æstumentur, & qua de re postmodum vlterior instituenda erit deductio, eapropter potentissimi Domini Confœderatarū prouinciarum Belgicarum Ordines, vt similes istiusmodi incon-

M. DC. IIXX.

conuenientiæ in tempore & mature satis anteuerterentur, & prouinciæ tamdem status iterum priori ciuili concordiæ & amicitiæ pristinæ restitueretur, operæ pretium esse autumarunt, vt commemorati ante Officiales in sua custodia, Directorii actionumq; suarum caussa rationem reddere sesesque, obiectorum gratia, excusare tenerentur.

Ad ante commemoratam Synodum vero etiam Rex Angliæ, quemadmodum & Germani aliquot Electores atque Principes inuitati sunt, qui sane omneis, attamen Caluinianæ relligioni addicti, lubentes consensum suum præbuerunt: quem in finem etiã episcopus Assapiensis ex Anglia, vna cum Decano Worcestriensi, & Professore quodam Cantabrigiensi in Hollandiam ad Ambassadorem Anglicanum sese contulerunt, à quo deinde ad cõgregationem Generalium Dominorum Confœderatarum Prouinciarum Belgicarum ordinum deducti sunt, vbi episcopus ille orationem in Romana lingua, quæ typis diuolgata est, habuit. Biduo post, relicta Haga Comitis, Dordracum profecti sunt, vbi ex aliis multis locis multi etiam Theologi cottidie conuenere.

Galli à Dordracensi Synodo arcentur.

Etiamsi vero occidentalis Frãciæ Regi summopere omnibusq; modis, persuadere conarentur, vt videlicet reformatę relligioni addictis hominibus, quosdam è suo medio ad synodum istam ablegaret, idque etiam ferme à Rege impetrassent, nihilominus tamen Regia sua Maiestas, ab aliquot episcopis aliter edocta, omnibus suis subditis, sub pœna capitis, seuere admodũ interdixit, ne quis isti Synodo interesse dignaretur: de quo, suo loco, plura dicturi sumus.

Gloeseliana captiuitatis descriptio.

Paulo post Regis Ferdinandi inaugurationem in Hungariæ Regem, XX. die Iulii nimirum, Cardinalis Gloselius Viennę coram Rege Ferdinando, atque Serenissimo Archiduce Maximiliano, circa II. pomeridianam in Cæsareo castro Viennensi sese sistere iussus est: Quocirca eadem hora, vna cum Domino Apostolico Nuncio, in cisia sua vectus cum eodem nuncio de variis rebus sermonem miscuit, & ambo etiam in arcis inferiori area colloquium per quadrantem horam protraxerunt. Tamdem cum ambo curru descendissent, Apostolicus Nuncius, Gloeseli curru iterum conscenso, domum repetiit, Gloeselius vero tristiori animo ad Archiducale palatium cõtendit, ministrisque suis omnibus & singulis dat in mandatis, vt nimirum itum reditumq; ipsius prętolando se-

M. DC. IIXX.

do sedulo obseruarent. Interea ipsi inter eundem Archiducalis quidam cubicularius in Scala obuiam procedit, eumdemque ad Archiducale Palatium vsque comitatus est, Archiducem ipsum vero, quod in persona propria ipsi non obuiam processisset, culpá in corporis ipsius imbecillitatem reiiciendo, excusauit. Verum Rex Ferdinandus, Archidux Maximilianus, & Hispanicus Orator, in peculiari quodam triclinio congregati, Cardinalem Gloeselium in conspectum ipsorum non admiserunt, sed illum recta, per Sigefridum Praynerum Baronem (qui vna cum Tampirio & Collalto Comitibus, ad iter adcinctus præsto fuit) in peculiari quodam triclinio breuiter significari curarunt, vniuersam nimirum Laudatissimam Domum Austriacam cũ summo Pontifice, vnanimi omnium consensu, decreuisse ne Gloeselius, ob grandes in regimine Aulico commissos excessus, amplius in Aula Cęsarea directorio præesset, eapropter Cardinalitia insignia, pileum & pallium videlicet, suapte deponeret nigrum, eo ipso momento illi porrectum, indueret, & quamprimũ cum commemorato isto Domino Praynero ac duobus equitibus auratis sese laudatissimæ isti Domui Austriacæ captiuum sisteret.

M. DC. IIXX.

Quo tristi nuncio percepto Cardinalis solemniter quidem eius rei gratia protestari cæpit, nihilominus tamen, prænominatis Dominis Commissariis serio instantibus commissionemque vrgentibus, facto per occultam in arce viam itinere castro excessit & ad propugnaculum processit, & ita in cooperta cista, circa III. & IV. pomeridianas horas iuxta Schottensem portam supra propugnaculum illico versus Styriam, & exinde in Tyrolem captiuus deductus est, CC. Tampirianis equitibus ipsum ad Styriæ limites comitantibus: omnibus autem in locis, quibus ipsi transeundum erat, semper recentes equi, ex Regis & Archiducis mãdato, reperti quibus deductio eo citius maturaretur.

Eodem tempore intimus Cardinalis Gloeseli conciliarius D. Petrus Huttnerus, ordinis S. Dominici Commissarius, & Prior ibidem (qui alias in Equestri Palatio vna cum cæteris Gloeselianis ministris Cardinalis reditum (ast frustra) præstolabatur) summo silentio in Archiducale Palatium vocatus, inibique clauis ad Cardinalis gazam & scripta tradere iussus dein' Arresto detentus est. Quæ omnia tanto quidem cũ silentio peracta sunt, vt etiam nemini in aula quicquã horum con-

M. DC. IIXX.

ftaret, ac Cardinalis miniftri demum poft VI. horam vefpertinā fefe iterum domum conferre iuffi funt, vbi Domini fui conclaue occlufum, omniaque pretiofiora in Patauienfi aula obfignata inuenerunt. Cumque Cardinalis nunc etiam ante horam deductus effet, tum demum Rex & Archidux Maximilianus omnem rei geftæ feriem Cæfareæ fuæ Maieftati (huius rei adhuc omnino ignaræ) detexerunt, & inter alias grauiffimas cauffas eidem fuæ Cæf. Maieftati retulerunt, eumdem Gloefelium fraterno-Archiducalem amorem & concordiam diffoluere ordine & iuxta omneis circumftantias expofuerunt, quē admodum etiam ipfi Imperatrici illud circa eamdem vefperā, ipforum nomine, per Dominum Maximilianum Trautmanfdorffium, fupremum Imperatricis aulę Magiftrum, pofteidie vero à Rege ipfo & Archiduce fignificatū eft.

Cæfarea Maieſt. Bohemorumque aduerſa præparationes bellicæ.

De periculofo in Regno Bohemiæ finitimifq; Prouinciis exorto incendio paulo ante diximus. Cum itaq; malum illud, non fecus, quam Herpes, cottidie eo magis magifque ferperet & latius fefe extenderet, nec vllus tam paternarum faluberrimarumq; Cęfareæ fuæ Maieft. admonitionum à Bohemis locus relinqueretur, eapropter fub imperio Tampirii, comitis à Buchheim, Principe Henrico-Iulio Saxone-Lauēburgico, Don Balthafare de Marades, Iano Mollarto, Comite Colalto, aliifque præcipuis belli ducibus, X. equitum peditumque M. vna cum aliquot maiorib. tormentis luftrata, ac verfus Bohemiam miffa funt. Vice verfa quoque Bohemici Ordines ad fui cōtrariam defenfionem ingentem equitum peditumque numerum confcripferunt. Ad extinguendū vero illud periculofiffimum perniciofiffimumq; incendium Bohemicum non dumtaxat Sereniffimi Domini Electores, Saxo & Palatinus, verum etiā alii S. Rom. Imperii Ordines & Status, nullum nō mouerunt lapidem, præfertim autem Silefii in omnem euentum fefe ad contrariam defenfionem præpararunt, VI. felectiffimorum equitum peditumque M confcripferunt, & ex iifdem partem ad Bohemiæ, partem vero Polonię fines miferunt, præfertim quum Dux Tefchenus, aliique Romano-Catholici Proceres, in Silefia aduerfus Euangelicos magnam antidhac perfequutionem, quafi eamdem in mandatis habuerint, inftituiffent.

M. DC. IIXX.

Neobuſianorum ad Tampiriū litteræ.

Neohufiani itaque, Cæfareæ Maieftatis exercitus aduentum mature fatis animaduertentes, Tampiriū

fequen-

M. DC. IIXX.

ſequentem ad Tampirum epiſtolam perferri curarunt: Generoſe Domine Comes &c. Poſtquam C. V. XIV. die Auguſti ſummo mane cum Cæſareæ Maieſt. exercitu nõ noſtro, ſed Generoſi Domini, Domini Guilielmi Slabatæ, de Chlum & Coſſemburg &c. Domini noſtri clemẽtis oppido, nobis inſciis, neque prius de iſto aduentu commonefactis, adpropinquaſſet, & certior fieri voluiſſet, an videlicet Cæſareæ S. Ma. Domini noſtri clementiſſimi ſubditi permanſuri ſimus. Quum itaque, quemadmodum & clemens noſter Magiſtratus, ita & nos C. S. ſubditi contra Cæſaream S. M. toto vitæ noſtræ tempore nihil hoſtiliter vmquam in animum induxerimus, ſed multo potius, vſque ad extremum vitæ noſtræ, & Cæſareæ S. M. terminum, Cęſaream S. M. pro Domino noſtro clementiſſimo agnoſcamus: miramur ſane, immo ſummo tangimur cordolio, quod adeo hoſtilis impetus factus, domorum incendiis, violentis Scriniorum ciſtarumque reſerationibus, pecudum abactionibus, vicinorum laniẽnis, templi S. Wenceslai, hęredis & Patroni Bohemici Regni, ſpoliatione, direptione calicis, ornatus, aliarumque S. reliquiarum, litterarum fundationum Indulgentiarumque, imaginum deiectione, ſanctorum diſſecatione, prædii & pagi cuiuſdam, ad clemẽtem noſtrum Magiſtratum ſpectantis, incenſione &c. omnia hoſtiliter, & plus quã barbarico modo repleta fuerint: id quod, præter omnium noſtrorum miſerorum perturbatorumque hominum ſpem & expectationem, accidit: à nullo ſiquidem homine miſeria iſta ſiccis oculis & abſque cordolio intueri poteſt: neque omneis ſibi in animũ inducere poſſunt, Cæſaream S. M. Dominum noſtrum clementiſſimum, tamquam paternum & Chriſtianum Magiſtratum, tam horrendæ abominationis & deplorandi ſtatus cauſſam, multo minus vero auctorem eſſe.

M. DC. IIXX.

Quoniam autem hocce tempore claueis ciuitatis non ſub noſtra, ſed Domini Capitanei Brandi, cuſtodia adſeruentur: iccirco V. C nos, ceu Cæſareæ S. M. Domini noſtri clementiſſimi, ad mortem vſque fideliſſimos ſubditos, clementer eo vſque excuſatos habeat, quouſque à clemente noſtro Domino aliam reſolutionem perceperimus. Rogamus interim C. V. humillime, ne effraeni militi eiuſmodi crudeliſſima attentata contra nos permittat, &c.

Bohemicorum ordinũ ad Cæſarem epiſtola.

Similiter & Bohemiæ Ordines, de aduentu Cæſareani

I 2 exer-

M. DC. IIXX.

exercitus certiores redditi, ad Cęsaream S. M. sequentes litteras exararunt: Inuictissime Romanorum Imperator, Rex & Domine clementissime dubitare humillime nolumus Cæsareã V. Maiest. constitutorum Dominorum nostrorum Directorum, Consiliariorumq; Prouincialium hesternam iteratam, humillimamque epistolam, sub dato XXVIII. huius mensis Augusti, clementissime accepisse, & nostram omnium obsequiosissimam intentionẽ pari clementia percepisse, eoq; intellexisse, quod indubia adhuc spe freti, nobis certo pollicéamur Cæsaream V. M. istam exoptatã pacificã tractationem nobis clementissime propositurã, & huic innocentissimo Regno maiorib. militarium copiarum viribus clementissime parsuram: quem in finem Cęsareæ V. M. præsentem clementissimam resolutionẽ nos omnneis III. Ordines ex intimo cordis desiderio in hodiernã vsq; horam, ast frustra, expectauimus. Interea ad deliberationem, quomodo videlicet iucundissima haec nostra Patria ex magis magisq; imminenti hostili periculo eripi, & hæc loca commodissime tueri atque defendi possent, hesterna luce in Pragensi arce conuenimus, & à deputatis nostris late deductam quandam relationẽ, ex illius pellectione, percepimus. Testamur igitur coram Deo Ter optumo Maxumo quod eadẽ verba quæ forsitan Cęsaream V. Maiest. tamquam Dominum nostrũ clementissimum, offenderint, à nobis non ita intellecta & æstumata fuerint Etiamsi quoq; præter omnem spem & expectationẽ nostram, tale quidpiam contigisset, nihilominus tamen humillime confidimus Cęsaream V. Maiest. illud cum inclementia neutiquam percepturam: qua de re Cęsareã V. Maiest. obsequiosissime rogatam obtestatamq; volumus.

M. DC. IIXX.

Nobis vero, clementissime Domine Imperator, pẽrquam molestum accidit Comitem Tampirũ cum aliquot militum millibus in hoc Regnum processisse: Cæsaream V. M. eius consiliarium, cubicularium, & Dominum Capitaneum Ian-Eusebium Cainium, tanquam Cõmissarium, plenaria cũ potestate cõstituisse, qui, itidem, aliquot militum millibus stipatus, Tampitũ in hoc Regnũ subseqitur, & patentes litteras (quarum duo exẽplaria Cęsarea V. M. nobis clemẽtissime tramisit & in vniuersali Conuentu publico obsequiosissime pellecta sunt) hinc inde hisce in Prouinciis adfigendas, ex mandato Cęsareæ V. Maiesti. circumfert. Iccirco nos omneis III. Ordines, vnanimi:

omni-

M. DC. IIXX.

omnium consensu, publice & denuo nos resoluimus & promittimus, quod videlicet Cæsareæ vestræ Maiest. fidelissimi constantissimique subditi & antehac fuerimus, etiamnum simus, & imposterum quoq; tales, ad extremum vsque vitæ nostræ spiritum, permanere velimus: quemadmodũ, vice versa, nobis tam gratũ, quam gratissimum accidit, quod Cæsarea vestr. Maiestas in clementissima paternaq; sua intentione perseuerare, nosque, in conseruandis literarum Maiestatis, transactione & compositione ordinũ, tam SVB VNA, quam SVB VTRAQVE, & decreto Cõuentus Prouincialis clementissime tueri atque protegere ne dedignetur: certa infallibilique spe freti Cæsaream vestr. Maiest. penes omneis sapientissimas paternasq; sibi innatas considerationes, clementissime hoc quoque perpendere minime intermissuram, quod videlicet, mirabili Dei Ter Optimi Maximi decreto & permissione, hocce Regnum & iocundissima nostra patria, paucis hinc ab annis, terna etiam vice, potentissimis militarium copiarũ viribus impetita & tentata fuerit: id quod, Cæsareæ vestr. Maiest. gratia, hactenus patienter pertulimus, & grauissima Regno illata damna æquo animo tolerare necessum habuimus.

Quocirca Cæsaream vestr. Maiest. humillime, & tanta quidem cũ fiducia rogamus obtestamurque, quod videlicet nullas alias sinistras cogitationes de nobis cõcipere clementissime dignetur, quam quod exoptatissimæ pacis simus auidissimi: tum etiam Cæsareæ vestr. Maiest. exercitus vlteriorem progressum inhibeat, & omnia metuenda hostilia attentata clementissime à nobis singulis & vniuersis quamprimũ auertere nõ desistat: quemadmodum & pari modo conscriptas à nobis militareis copias iterum dimittemus, & ad contrariam defensionem factam prouincialium euocationem rursus annullabimus: Similiter quoque Cæsarea vestr. Maiest. suum exercitum, & ad nos directas patẽtes literas irritas pronunciet, atque, vice versa, insignia, &, Deo Ter Opt. Max. volente, salutaria, conducibiliaque admodum remedia ista, interpositionem concernentia, clementissime instituat, nobisque certo confidat, sin nobis, in puncto religionis, aliisque requisitis & priuilegiis idonee caueatur, nos tũ, pro clementissimo isto vestro Cæsareæ Maiest. nobis exhibito beneficio, adeo fideles, constantes, promptos, atq; obsequiosos nosmet demonstraturos, quod etiam illudipsum vniuersus Christianus

M. DC. IIXX.

Cæsaris ad Bohemorũ epistolam responsio.

terrarũ orbis adprobare debeat.

Ad hasce Bohemicorum ordinum literas Cæsarea S. M. sequẽtem in modũ ipsis responderi curauit: Matthias &c. Generosi, strenui, dilecti, fideles &c. Vestrã in vernacula ad nos exaratam epistolam ipsi pellegimus, vestramq; intentionem exinde percepimus. Quod igitur ad progressum nostri exercitus attinet, eius rei gratia in literis nostris patentibus clementissimam nostrã adfectionem satis superque exposuimus, quid videlicet nos ad istam expeditionem bellicam commouerit, & quam ægerrime eamdem susceperimus. Quum vero nostræ multifariæ atque paternæ adeo exhortationes locum minime inuenerint, & tam copiarum militarium cõscriptionibus, quam progressu exercitus, à vobis ipsis factũ fuerit initium: nostri obsequiosi & fideles subditi vero, tam Ecclesiastici, quam seculares, direptionibus hinc inde in prouinciis grauissime adflicti fuerint: iccirco ad omnia ista mala à fidelissimis nostris subditis absque vlla vlteriori mora auertenda, & expeditionem istam nostram maturandam, quodammodo coacti fuimus. Quod igitur, sub hoc tumultu, innocentes, æque ceu nocentes, premantur, & intereà prouinciæ pessum eant, id sane nobismet ipsis, tamquam fidelissimo vestro Regi & patri patriæ, auditu triste & deplorandum est, cuius culpa tamen nemini alii, quam paucis saltim personis ex vestro medio imputanda, quæ cæteras, & maiori parte ex vobis ipsis, inæqualibus persuasionibus, quasi Religionis negotium in periculo versaretur, in nassam suam, aliquibus grauissimis mentatis, minis, pertraxerunt. Quoniam autem, in distinctis vestris ad nos datis literis vosmetipsos ceu fideles, obsequiosos, & constantes subditos, ad extremum vitæ vestræ spiritum ita permansuros, nobis sistatis: iccirco si, iuxta vestras declarationes propriasque confessiones, ita ipso facto permanseritis, omnia, pro tempore adhuc perturbata, pristino suo nitori & decori restitueritis, nostris, vobis tramissis, literis patentibus sufficientem obedientiam præstiteritis, atque adeo vos tractationi haud inæquales, nec ea indignos præbueritis: tum absque vlla mora certas quasdam personas, ad subleuanda omnia ista onera, nominabimus, & præsertim ad serenissimi domini consanguinei nostri, Regis Ferdinandi, intercessionem, Electorumque fidelissimas adhortationes, vniuerso isto in negotio nos adeo clementissime atque paterne erga vos exhi-

M. DC. IIXX.

M. DC. IIXX. exhibebimus, vt etiam innata nostra clementia & bonitas, erga prouincias & subditos nostros, toti terrarum orbi innotescat. Parimodo admodum frigide, tenuiter, atque dumtaxat ad irritationem exacerbationemque plebeiorum composita ratione, in nuperis vestris, à vestro medio editis, literisque patentibus ponitur, quod nostræ conscriptæ militareis copiæ, atque adeo consequenter nosmetipsi, pro patriæ hostibus æstumandi simus: immo quod vniuersam Bohemicam nationem in perpetuam quamdam seruitutem præcipitare, eamdem extirpare, toti Regno, ordinumque Bohemicorum territoriis ac ditionibus exteras peregrinasque nationes imponere, & per easdem inauditam tyrannidem atque crudelitatem introducere conaremur: quæ tamen omnia nobis numquam in mentem venerunt, sed multo potius, tam per nostras epistolas Cæsareas, quam patentes literas, ordinibus nostri Regni Bohemiæ SVB VNA, & SVB VTRAQVE suorum priuilegiorum, Maiestatis literarum, transactionum, decretorum prouincialium, iurisdictionumq; conseruationem & protectionem clementissime promisimus: in quo etiam haud immerito adquiescimus, præsertim quum fidelissimis nostris ordinibus certa, ob easdem caussas, præstita fiet cautio atque adsecuratio, quod videlicet, si quis forsitan ex ipsis adhuc à quoquam turbetur, ipsi, ex præscripto decretorũ conuentuum prouincialium, ius & æquitas reddatur. Denique exercitui nostro serio & expresse iniunximus, quod contra nostros fideles, obsequiosos, & constantes subditos ne minimum quidem hostiliter moliatur, sed multo potius eosdem, absque vllius damni detrimentiue illatione, vna cum suis pacifice, atque tranquille victitare relinquat. Sin vero quispiam ex vobis, qualis qualis etiam ille fiet, quod tamen neminem facturum nobis pollicemur, hanc paternam nostram adhortationem non acceptare, publicatis in Regno Bohemiæ Cæsareis nostris literis patentibus nullam obedientiam præstare volet, &, ea ipsa de caussa, forsitan à nostris persequatur atque periclitetur, id non nobis, nostroque exercitui, sed multo potius sibi ipsi, & suæ inobedientiæ imputandum autumet, &c.

De Cæsareæ Maiestatis, ex vna, & Bohemiæ ordinum, ex altera parte, factis præparationibus bellicis, earumdemque vtriusque partis caussis & prætensionibus paullo ante diximus. Cum itaque

Cæsar, ad declinãdũ bellũ Bohemicum, ab Electoribus & principibus rogatur.

Bouc-

M. DC. IIXX.

Boucquoius, tamquam in Bohemia constitutus Generalis Cæsareus, etiam in Bohemiam aduentasset, eapropter ordines Austriaci Lincii prouincialem conuentum celebrarunt, quo pacto videlicet late serpens istud incendium Bohemicum magis in bonitate, quā periculosis perniciosisq; præparationibus bellicis iterum restingui posset. Similiter & ab Electore Saxoniæ, & Palatino Septemuiro distincti aliquot Cursores Viennam ad Cæsaream S. M. literis ablegati sunt, in quibus Cæsarea S. M. itidem ad euitandum istud late spectans bellū peramice monebatur. Quum autem laudatissima Cæsarea S. M. tam grandem Bohemorū excessum, & subsequutum inexcusabile factū, ad cōseruandam tam propriā suam, quam aliorum etiam principum auctoritatem atq; reputationem, eo magis magisque altius perpendisset, iccirco res pro tempore ad nullā pacificationem inclinarunt. Eodem quoq; tempore dux Briegensis, Silesiacorum ordinum nomine, ducentorum hominum comitatu, Viennam venit, & apud Cæsaream S. M. pro componendis Bohemorum motibus instanter sollicitauit, de cuius effectu suo loco plura dicturi sumus.

Arcis Vinariēsis incendium.

Paullo ante exortum in Bohemia incendium bellicum, varii & periculosi quoque casus, tam in ipso S.R. Imperio, quam finitimis illius in prouinciis, vtpote Hollandia, Heluetia, Italia &c. contigerunt: siquidem mox ab initio, & quidem 2. die, huius mensis Augusti, in principum Vinariensium arce Vinariæ, præter omniū spem & expectationem, tam magnum incendium excitatum est, vt damnum vltra centena aliquot florenorum millia æstumetur: Inter cōflagrationem istam turris quædam in arce corruens aliquot homines, incendium restinguere volentes, obpressit. Ferunt destillatorem quemdam Italum in Pharmacopolio ad istud incendiū ansam occasionemque dedisse, idque, quod videlicet studio fecerit, eo magis confirmatur, quod mature satis sibi de fuga prospexisset.

M. DC. IIXX.

Christiani à Turcis opimā prædam reportant.

Priuatum illud Ducum Vinariensium damnum; compensauit publica Christianorum à Turcis percepta vtilitas. Nam XIII. huius mensis die XII. Melitensium triremes, vna cum magno isto antehac in Hollandia extructo nauigio, classem quamdam Turcicam, cōtributione ex Syria Constantinopolim versus velificantem, ex improuiso nactæ, tantum in illam fecere impetum, vt, post vnum & alterū certamen, aliquot naueis, & in illis vltra XXXV. florenorū M. cœpe-

M. DC. IIXX. cœperint, multos captiuos Christianos pristinæ suæ libertati restituerint, vice versa vero, omneis Turcos, in iisdem nauibus repertos, mancipia fecerint.

Pluersii m ruina mōtana operum. Eodem hocce mense, die xxv. videlicet, tristis ac deplorãdus admodũ casus in Heluetia accidit. Nam xxv. huius mensis, aduesperascente & die inclinante, in mõtibus trium confœderatorũ pagorum Heluetiorum horrenda insperataq; ruina montana nõ secus quã sagitta ab arcu missa, in vnico momento florentissimũ elegantissimumq; pagũ Pluersium adeo obruit, vt etiam ex insignibus magnificentissimisq; ædificiis, tẽplis, palatiis &c. ne vnicus quidẽ notæ siue indicii lapis, vbi videlicet hæ, vel alteræ ædes sitæ fuerint, agnosci potuerit. Oppressorũ occisorumque virorũ, fœminarum & liberorũ mille quingentas animas fuisse perhibent ii, qui infortunatissimũ istud periculum, raro fortunæ maiori Dei Ter Opt. Max. beneficio, euaserunt, & quorum paullo infra mentionem facturi sumus. In refodiendis hominum cadaueribus inquilini vicini quidem omnem suã operam impenderunt, & quædã inuenerunt, verum ad iustam exactamque indagationẽ multi adhuc anni requiruntur. Mera fluuius per ruinam istam adeo intumuit atque inundauit, vt tum temporis Clauenensibus exinde non mediocrimũ sane metuendũ fuerit periculum: verum ipse fluuius reperta via sese iterum exonerauit, qua de caussa inquilini, fusis ad Deum omnipotẽtem & ex periculosis angustiis, ope humana deficiente, liberantem, precibus, ex imminenti periculo rursus liberati sunt. Hic autem pagus sub iurisdictione trium pagorum Rhæticorum situs, ac magnificis templorũ, multorum palatiorum insigniumq; ædificiorum structuris egregie exornatus fuit, in quo eius incolæ, tamquam in terreno quodam Paradyso, nimis certe secure atq; luxuriose vitam suam transegerunt: super hosce subitaneum horrendumque istud Dei iudicium, omnibus hominibus, vbicunque locorum etiam illi degant, ad spectaculum & hortationem, in vnico momento venit: Siquidẽ os veritatis Christus ipse, Lucæ XIII. allegatione XVIII. personarũ à turri Silohensi oppressarum, serio monet: *Ni pœnitentiam egeritis, & resipueritis, etiam ita peribitis.* Quamuis vero pridie istius ruinæ incõsuetus quidam fœtor extiterit, miser quoq; mercenarius, mali futuri præsagus, Cancellarium Ian-Andream Wertemanũ aliosque admonuerit, vt videlicet vita fortunisq; salutis euaderent atq; in tutiora sese

Christiani à Turcis opimã prædam reportant.

 reci-

M. DC. IIXX. recipercnt, nihilominus tamen plurimi veridicum illum vatem nauci æstumarunt, cumprimis autem modo dictus Cancellarius etiam commemorato isti mercenario, ipsum nimirũ falsum prophetam fore, respondit, alii vero eumdem tabellas narrantem, vel ebrium esse autumarunt, quos irrisores & pœnæ diuinæ contemptores misellus ille homo reliquit, vitamque suam fuga saluam conseruauit. Circa vesperam quidem prædiues quidam mercator, Octauius Frangi dictus, à mulierculis quibusdam, sibi forte fortuna in via obuiantibus, quæq; procul omni dubio aliquid de mercenarii istius vaticinio inaudiuerant, admonitus, ne scilicet sese in pagum istum, cui magna pœna diuina immineret, cõferret, ast surdo fabula: mercator enim, mulierculas istas irridens, ac recta pagũ ingressus eamdem pœnam cũ aliis luere coactus est. Ex quingẽtis illis, quas paullo ante periisse diximus, personis, IV. dumtaxat vita salua euasisse constans fama refert, vtpote Potestatarii (liceat heic mihi de more gentis loqui) frater germanus, qui tum temporis, expediundorum negotiorum suorum caussa, Rongaliæ erat, Franciscus Forno qui ex sua cella, extra Pagum rupi cuidam incisa, vna cum cæmentario quodam vinum ad cœnam adferebat, & mutus quispiam puer mala persica in alieno horto colligens. Mirandũ autẽ ante omnia venit, ꝙ postridie in præcipitato isto monte, penes alias res, duæ decennales forte puellulæ, vna domini Potestatarii, altera Petri Galisonis filiola, omnibus tamen rebus alias à mõtana ruina coopertis, procul inde mortuæ repertæ fuerint. Ex centenis aliquot viris, quos Rhætii, ad refodienda partim mortua cadauera, partim demortuorũ bona, ista in loca miserant, aliquot, præ acerrimo fœtore, morbo lethali correpti vitã cum morte commutarunt. Similiter & lapis quidam inuentus est, in quo verba hebraica lingua inscripta à D. Hubero Lucernensi in vernaculam nostram translata sunt. M. DC. IIXX.

Seditiosi motus in Rhætia cõponuntur. Postquã nunc aliquot per annõs Rhætii animaduertissent, ꝙ aduersus ipsorum Democratiam singulares quædam personæ omnem potentiam & iurisdictionem in prouinciis ad se pertraherent, atque adeo diuersimodis artibus absolute & pro suo lubitu partim conductionibus, partim corruptionibus pecuniariis, sui similes ad suas partes traherent, ac non solummodo liberis confœderatis, verum etiã aliquot principibus fraudulentis suis technis impo-

M. DC. IIXX. imponerent, quicquid vellent attentare minime erubescerent, & ita hisce technis prouinciales per proditiones, dolos, tyrannidem, infidelitatem, clandestinas fallacias ac violentiam apud omneis exteros principes fraudulenter traducerent, atque tamdem ignobile vulgus mox huc, mox illuc flecterent, eapropter oppressi subditi illam iniuriam, quum durum telum necessitas, pro tempore quidem ferre coacti sunt, nihilominus tamen viri prudentes, atque adeo ipsum vulgus tyrannorum suorum violentiam ac insidiosas fallacias tanto cum cordolio perceperunt, vt omnibus istis enormitatibus & inconuenientiis promptissime & alacriter decenti cum processu obuiam iissent. Verum res, pro ipsorum veto, ob aduersæ partis immensam potentiam, non adeo cito componi potuerunt, donec tamdem inferiores Engadini, inferiores Walthasnenses, & Munsterthalenses, exeunte Iunio proxime elapsi anni, facto conuentu cæteras quoque communitates omnium trium confœderatorum Rhætiorum & literis ac internunciis ad idem faciundum instigarunt, eosdemque, ex inito inter se inuicem fœdere, ad sibi ferendas suppetias & auxilia rogarunt, quo denique noua tyrannorum statuta iterum abrogari, vetusta, patria, ac consueta libertas rursus reuocari, exterorum principum & ordinum opes à singularibus istiusmodi personis, absque prouinciæ consensu atque voluntate, non ita prodige dissipari, iuris æqualitas & conformitas à prouincialibus inquilinis rursus sanciri, transgressores pro suo merito puniri, econtra vero boni tueri atque conseruari possent. Ad quorum preces & fideles adhortationes aliquot ipsorum eiusdem religionis consortes socii volantibus vexillis, & singulari militum numero, vtpote superiores Engadini, Pregellenses, Puschlasienses, Furstenouenses, & Bergunenses ipsis præsto fuerunt, atque iisdem, modo illud & cæteris communitatibus confœderatorum gratum acceptumque esset, ad reformationem vniuersalis status electionemque æqualis iudicialis consistorii, operam suam addixerunt. Quo facto vnus ex præcipuis seditiosorum Coryphæis, Zernetii inferioris Engadini supra Walthasinam habitans, impulsu malæ cauteriatæque ipsius conscientiæ, (haud perpenso quod incolæ ipsi, modo suo signo cum illis progrederetur, saluum conductum promiserint) in propriis suis ædibus & turri, olim Wilden- M. DC. IIXX.

Seditiosi motus in Rhætia componuntur.

M. DC. IIXX. berga dictis, contra aduersæ suæ partis hostilem impetum, & milite & sufficienti munitione sese satis arcte firmeque custodiuit, sexcentos bellicosos viros suæ iurisdictionis, peculiari ipsis imposito iuramento, eo adegit, vt ad sui suorumque defensionem præsto essent, aditus custodirent, pontes deiicerent, & erga vicinos cõfœderatos prouinciales hostiliter sese exhiberent: apud alios quoq; auxilia sollicitauit, atq; hoc modo intestinũ bellum excitare conatus est. Hoste autem aduentante & illius potentiam suamque ipsius captiuitatem metuẽte, cum fidissimis quibusdam sese in fugam coniecit.

Corypheo istũ modo commemoratum in modum fugato, cõfœderati socii illius ædes hostiliter obruerunt, vbi omnia eiusdem fortunæ, exceptis iis, quæ prima facta incursione hinc inde direpta distractaque fuerant, ordine descripta & adseruata sunt. Cæteræ cõmunitates vero III. confœderatorum interea Magistratus suos, dein vero in peculiari quadam congregatione legationem quamdam tam ex Clero, quã seculari ordine constantem, ad eosdem ablegarunt, simul rogantes, vt, in reformatione vniuersalis status, & institutione incorrupti Consistorii Iudiciarii, sibi præsto esse saltim tamen volitantia signa magnamq; manum militum præcauere ne dedignarentur, ne vlli mortalium fiat iniuria, sed multo potius vnicuiq; ius suũ tribuatur. Verum cum responsum ipsis fuisset, violentiã & adsistentiã transgressorum tantam esse, vt absque ope & auxilio magno militarium copiarum numero succursus ipsis præstari nequeat, eapropter apud cæteras quoq; communitates auxilia sollicitata & impetrata sunt. Quo facto pars cũ signis suis campestribus, quidam absq; illis, Tusas, superiorum Rhætiorum confœderatorum pagum, profecti, communi consilio, ad prouincialis status atque Politiæ reformationem, priscos aliquot prouinciales ritus consuetudinesq; laudabiles renouarunt, alias vero, nouarum transgressionũ occasione sumpta, denuo sanciuerunt, in quas sane, attamen cum moderatione quadam, domi remanentes confœderati consenserunt, quarum præcipuos articulos heic lectori beniuolo communicare operæ pretium esse duximus.

I. Vt ambæ relligiones, Euangelica & Catholica nimirum, in omnibus ipsorum territoriis atq; ditionibus, libere atque impedite exercerentur, omneisq; & singuli, vna cum suis, à confœderatis tuerentur,

M. DC. IIXX.

M. D C. IIXX. II. In omnibus prouinciis singulæ confœderationes, communitates, iudicia ac peculareis, personæ, nobiles ac ignobiles, vna cum priscis suis libertatibus, consuetudinibus, honoribus, dignitatibus, bonis, atq; fortunis suis, defenderentur, ac in omnibus occurrentib. controuersiis vtrimque iuris conformitas legitime administretur.

III. Camera singularum ditionum, siue commune prouinciale ærarium non semper à peculiaribus quibusdam personis exhauriatur.

IV. Nullę priuatę personæ amplius cum exteris Principibus atque Ordinibus, absque singularum mandato, in rebus, statum concernentibus, sub pœna capitis aliquid concernat, sed omneis initæ confœderationes fideliter atque constanter seruentur, atque hoc modo cum finitimis Ordinibus optuma ac syncera vicinitas & amicitia colatur. &c.

Posthæc capitale iudicium institutum, atque in illud viri honesti, pii, synceri, atque neutri parti addicti, quique nulli Principi aut Domino neq; singulari iuramento vel muneribus obligati erant, adlecti sunt; cui à qualibet confœderatione XXII. iuridici, IX. inspectores, II. fiscales, I. amanuensis atque II. Ductores adtribuebantur. Cumque deprahensum esset, populum auctoritate Ecclesiasticorū, hactenus sub bona disciplina metas officii non adeo nimis transiliisse, eapropter, ex vnanimi Confœderatorum decreto, IX. ex eodem statu Ecclesiastico selecti sunt, qui forensi huic negotio, definitiuis sententiis exceptis, interessent: qui omneis singulari iuramento sese obligare necessum habuerūt, quod omneis, qui contra ius & æquitatem aliquid fieri desiderauerint, detegere, neque munera, amicitiam, hostilitatem, factionem, aut quamcumq; rem aliam, quę ipsos à iuris tramite forsitan reuocare possent, respicere, sed multo potius Dei honorem, liberum prosperumque Patriæ statum, atque sanctam iustitiam perpendere velint. Interea suspectæ aliquot personæ comprehensæ, atq; in vincula coniectæ sunt, alii vero, male sibi conscii tamquam perfidi, mature sibi prospicientes, fuga salutem sibi quæritarunt.

Præcipuorum captiuorum istorum vnus erat, qui Vesprianæ in superiori Pregella habitauerat, qui cōfessione aliquot iustificatorum hominum, certis indiciis, & propriis Chirographis conuictus erat, quod vna cum complicibus suis, ad extructionem munitissimæ arcis Fuentinæ, in Rhętiorum *Vespranensis quidā, tamquā proditor Patriæ securi percussus.*

M. D C. IIXX.

tiorum limitibus, consilium dederit: cum vero illud III. Confœderati (quoniam idipsum transactioni A. C. M. D. XXXI. cum Mediolanensibus initæ, è diametro quasi aduersaretur ipsorumque Regalibus & libertatibus nō minimum sane derogaret, imme suspectas redderet) armata manu impedire conati fuerint, ipsum tum temporis populum, in armis iam in procinctu stantem, falsis prætensionibus detinuisse, & Mediolanensibus, vt inceptis pergerent, scripsisse, se enim hostes, ipsorum propositū impedire conantes, iterum abalienasse. Inter alia enormia flagitia vlterius quoque confessus est, se, vna cum multis aliis similis farinæ perfidis periurisque hominibus, nomine & ad summum præiudicium Prouinciarum confœderatarū, à multis principibus, per magnas ipsis factas pollicitationes, grandem pecuniæ summam accepisse, ipsos dein' fefellisse, & nulli tam sancte obligatā fidem seruasse. Quocirca XII. die Augusti, tamquam suæ ipsius Patriæ proditor, sequētem in modum ad mortem condemnatus est.

I. Per carnificem in IV. partes dissecaretur.

II. Omnia ipsius bona & fortunæ Cameræ siue publico III. confœderatorum ærario, inferantur: id quod tamen bonis vxoris & legitimis Creditorum postulationibus nihil derogaret.

M. D C. IIXX.

III. Ædeis ipsius solo æquarentur, illarumque loco duæ infames columnæ erigerentur.

Postquam autem, lata nunc modo cōmemorata sentētia, pro condemnato isto, multi, tam ex Ecclesiastico quam seculari statu, homines intercederent, tamdem, respectu decrepitæ ipsius senectutis, (erat enim nunc LXXIV. annorum homo) IX. liberorum, & totius familiæ, securi percussus, & vexillo honoris atque plebi, demoliendarum ędium & erigendarum columnarum arbitrium liberum rellictum est. Hisce & similibus pœnis congregati tum temporis Rhetici Ordines plurimis, propriis suis litteris, viuentibus testibus, &, iuxta propriam ipsorum confessionem, periurio contra Patriam conuictos, coercuerunt: fuga autem dilapsi proscripti, &, si forsitan comprehendi possent, ad varias pœnas condemnati sunt.

Noui motus in Moscouia.

Circa idem ferme tempus in Moscouia quoque noui motus exorti sunt. Quamuis enim iunioris Poloniæ Principis, Regis filii, exercitus, ob defectum annonæ, & munitionis, aliquandiu sese pacifice & quiete continere necessum habuerit, nihilominus tamen,

M. DC. IIXX.

tamen, postquam Mascha conventus habitus & Principi magna auxilia promissa fuissent, maturule progressus est, aliquot non procul à Moscouia sitas munitas arces cœpit & magnā inibi stragem edidit. Equidem Princeps victoriam suam vlterius persequi decreuerat: quum vero tum temporis de grandi Turcorum in Poloniam irruptione allatum esset, promissa ista auxilia iterum aliquandiu retardata fuerunt, & Princeps certo consilio à proposito suo tum destitit.

Sabaudi iunioris cū Sorore Galliarum Regis sponsalia.

Sabaudum cum Hispaniarum Rege, intercessione potissimum Coronæ Gallicæ, pacificationem iniisse, supra suoque loco diximus. Cum itaque hoc modo Sabaudus armorum metu liberatus esset, operæ pretium esse autumauit si arctiori necessitudinis vinculo Coronam Gallicam sibi deuinciret: eapropter Marchionem Calusanum cum insigni Comitatu Lugdunum Parrhisiorum ablegauit, qui ipsius filio Victorio Principi Pedæmontano Regis sororem in vxorem sibi dari procuraret. Postquam igitur animaduertisset Regem sibi minime refragari, Cardinali eius filio matrimonii concludendi potestatem fecit: de quo suo loco dicemus.

Armenia-

De Hollandorum Dordraci instituta Snodo supra dictum est: Cum itaque, ex eorumdem Dominorum Stadensium decreto, & Armeniani in eadem Synodo comparere iussi essent, minime tamen sese sisterent, sed excipiendo protestarentur, Caluinistas, coniuratos ipsorum hostes (qui hactenus Magistratum tam vehementer aduersus sese concitassent) in ista Synodo primas obtinere, iccirco Caluiniani nihilominus in proposito suo perrexerunt, & Ioanne Bogermanno Pastore Leovvardiensi in Præsidentem creato, primam sessionem habuerunt.

M. DC. IIXX. *ni frustra ad synodū Dordracēsem citati.*

Tampiri cum Bohemis velitationes.

Interea Tampirius quem cum exercitu suo in Bohemiam concessisse diximus, Bohemis adhuc pertinaciter in suo proposito perseuerantibus, XIV. die Septembris inter duo castra ante Zaschlaviam magnam velitationem habuit, in qua vtrimque multi ceciderunt: cumprimis autem Tampiriani à Bohemis crebris tormētorum displosionibus adeo salutati atque excepti sunt, vt in syluas confugere necessum habuerint: in quibus, ob annonæ defectum, hinc inde pabulentes à rusticis crudeliter necati sunt: eapropter Tampirius Viennę, Ordines vero Braunsuigæ maiora auxilia subsidiaque sollicitarunt.

Tampiria-

Postquam etiam Boucquoius, qui

Noui motus in Moscouia.

M. DC. IIXX. | M. DC. IIXX.

...ni milites à Boucquo io aliquantulum coercentur.

qui itidem cum militaribus suis copiis in Bohemiam venerat, iam reipsa animaduertisset, Tampiriarum militē latrociniis, direptionibus, atque incendiis omnia in Bohemia loca infesta reddere, ea propter modo dicto Tampiriano militi hostiles istusmodi conatus aliquantulum interdixit. Etiamsi autem idem ille Boucquoius Viennæ antehac persuasus fuisset, Bohemos hostis impetum minime sustinere, & cum agrestibus duntaxat ipsi dimicandum esse, nihilominus tamen in ipsa rei veritate contrarium & rem longe se aliter habere expertus est. Quocirca, copiis militaribus nondum sufficienter instructus, versus Pragam, vti quidem decreuerat, sese recta conferre minime potuit, sed in castris suis sese continere necessum habuit.

Bohemi à Silesiis impetrant auxilia.

Sub idem quoq; tempus Morauicorū Ordinum Delegati Pragæ conuenerunt, & Bohemię Ordines ad amplectendam pacem summo studio adhortati sunt, inter alia commemorantes, Marchionatum Morauiæ ipsis, vsque ad meliorem informationē, grauissimis de causis nullam opem adsistētiamq; præstare posse, qua de causa ipsis magna Bohemorū apologia ante oculos posita est. Postquam etiam Silesię Ordines, ad meliorem acceptam informationem Ducis Briegensis (quem hominum comitatu, tamquam legatum, Viennā profectum esse supra diximus) auxiliareis suas in Bohemiam missas militareis copias iterum inde reuocassent: idcirco iidem Bohemiæ Ordines alios deligatos in Silesiam remiserunt, qui tantum sane tum temporis apud Silesios effecerunt, vt ipsis aliquot equitum peditumque M. denuo in auxilium defensiue mittenda promissa fuerint.

Pilsenses à Mansfeldio obsidione cincti.

Circa idem tempus Ernestus Comes Mansfeldius postquam, (facta inter Hispaniarum Regem & Sabaudum pace, ex Sabaudia multis suis cum Officialibus in Germaniam reuersus esset) nomine Bohemię Ordinum, quibus tum temporis fidem suam addixerat, magnum equitum peditumq; numerum conscripsit, quibus, vna cum aliquot signis atq; tormentis ipsi à Bohemis tramissis, Pilsam, versus (quæ vrbs adhuc constanter in obsequio Cæsareo perseuerabat, atque turbis Bohemicis sese neutiquam immiscere volebat) profectus est: Pilsenses igitur, cognito hostis aduentu, suburbia eleganter ab ipsis extructa incenderunt atq; in cineres redegerunt: molitor autē sub vrbanus quidam, à Mansfeldio forte fortuna captus, omnem vrbi-

M. DC. IIXX.

vbicularum statum atque conditionem detegere coactus est. Inter alia Mansfeldium certiorem reddit, quod nimirum ciues, quot conscripti milites in vrbe commorarentur, quodque Dornhaanus peditibus summo cum imperio præesset, atque, sub Ordinum Bohemicorum sigillo, maiorem militum suorum partem conscripsisset: Item quod vltra LX. equites in vrbe non inuenirentur, atque Ecclesiastici Romano-Catholici magnam suorum fortunarum ; arte illuc transportassent, icirco Comes, excitatis ante vrbem aliquot propugnaculis, fossas circa vrbem ducere atque obsidionem eo magis magisque maturare iussit.

Bohemorũ ad Cæsaream Maiestatem littera Apologetica.

Cum autem, Bohemiæ Ordinib. scripto obiectum esset, quod nimirum Turcorum Imperatorem, qui Hungariam hostiliter inuaderet, in auxiliũ vocassent, eapropter, ad testandam innocentiam, non solummodo patenteis litteras Pragæ ad valuas adfixerunt, verum etiam cumprimis ad Serenissimum Dominum Electorum Saxoniæ, Achillem nostrum Germanicum, litteras excusatorias, & denique ad ipsam Cæsaream Maiest. eiusdem rei gratia sequentem epistolam apologeticam miserunt.

Inuictissime Romanorum Imperator, Hungariæ & Bohemiæ Rex &c. Domine Clementissime: Cæsareæ vestræ Maiestati à Deo Ter optumo Maxumo prosperam corporis valetudinem, felicissimũ supra nos fidelissimos subditos imperium, animæque salutem sempiternam humillime & ex animo precamur. Obtulimus Cæsareæ vestræ Maiest. humillimam in lingua Germanica exaratam epistolam, in qua Cæsareæ vestræ Maiest. deplorandum perturbatissimumque florentissimi alias huius Regni statum satis superque signiuicauimus, cum primis vero quam immanem crudelitatem atque tyrannidem Cęsareæ Vestr. Maiest. militareis copiæ in hoc ipso Bohemiæ regno exercuerint, quæ mala omnia indies non minuuntur, sed, proh dolor, cottidie eo magis magisque augentur atque cumulantur.

Isti autem epistolæ nostræ & illud insuper addidimus humillimeque nos resoluimus quod videlicet istiusmodi, Deo Ter optumo Max. volente, remedia tum sese ostensura fient, quibus nostræ conscriptæ militareis copiæ iterum dimitti, & Directores rursus commode rellinqui poterint, quemadmodum illud ipsum modo commemorata illa nostra epistola aliquanto latius testatur.

M. DC. IIXX.

Antequam vero nobis ad illam epistolam responsum esset, paucis hinc elapsis diebus Dominorum Ordinũ Marchio natus Moraviæ auctoritate atque existumatione graueis Domini Delegati in hasce Cæsareæ Vestræ Maiestatis ciuitates Pragenses aduentarunt, nobisque exposuerunt quatenus videlicet Domini Ordines prædicti istius Marchionatus Moraviæ, tamquam præcipui membri huius Regni Bohemici, ex ipsis incumbente erga hoc regnum fidelissima cura & sollicitudine, Cæsaream Maiest. humillime eo commouere & inclinare debeant, quo scilicet pacto hoc regnum ex omnibus tribulationibus & angustiis, in quibus etiamnum hodie adhuc versetur, iterum eripi & liberari posset: quam prædictorum Dominorum Ordinnm erga hoc regnum beniuolentissimã propensionem, curiosam curam, & sollicitam sollicitudinem nos omneis III. Regni Bohemiæ Ordines grato animo acceptauimus, quod Cæsareæ Vræ Maiest omne illud, quod Dominorum Moravicorum Ordinum legati nobis oretenus proposuerunt, scripto deregeremus.

Numquam enim nobis in mẽtem venisse affirmamus, quod Cæsareæ Vræ Maiest. auctoritatem etiam in minimo offendere & labefactare debuerimus vel voluerimus, exceptis dumtaxat causis quibusdã impulsiuis, quas, ineuitabilis necessitatis gratia, in effectum deducere necessum habuimus, in quibus tamen omnibus Cæsaream Vram Maiest. Regem, & Dominum nostrum clementissimum, decenti modo excepimus.

M. DC. IIXX.

Antehac enim Cæsareæ Vræ Maiest. non vna dumtaxat vice significatum fuit, humillima petione & obtestatione addita, vt videlicet Cæsarea Vra Maiest. clementissimus noster Imperator, Rex, & Dominus permanere ne dedignaretur; id quod Cæsaream Vram Maiest. etiamnum humillime rogamus, & summisso studio obtestamur, sin forsitan, præter omnem spem & expectationem nostram, sub perturbatissimi huius temporis confusione, Cæsaream Vram Maiest. offenderimus, quod illudipsum Cæsarea Vra Maiest. non animo ægro ferre, multo minus compensare volet.

Quum itaq;, Inuictissime Imperator, Rex, & Domine noster clementissime, indies, proh dolor

M. DC. IIXX.

lor percipere necessum habeamus, quam immanis & barbara prorsus tyrannis atque crudelitas nobis Ordinibus & inquilinis huius Cæsareæ Vræ Maiest. regni, atque adeo omnibus nostris miseris subditis, absque vllo virilis, mulierisque sexus, innocentissimorumque infantium respectu, tam iis SVB VNA quam SVB VTRAQVE, à militaribus Cæsareæ Vræ Maiest. copiis inferatur, dum non solummodo gladio, direptionibus, & latrociniis, verum etiam detestabilibus incendiis, magno irrecuperalique miserorum subditorum damno, non pauca municipia & pagi miserum in modum vastati & desolati sunt, adeo vt metuendum, nisi res quamprimum iterum salutaribus mediis componatur, hocce Cæsareæ Vræ Maiest. regnum in extremam perniciem atque ruinam præcipitatum iri.

Quocirca Cæsaream Vram Maiest. humillimo cum obsequio rogamus vt hoc regnum eiusdemue inquilinos, & subditos oculis misericordiæ clementissime intueri, irrecuperabile damnum, tamquam clementissimus noster Rex, dominus, & Pater Patriæ, Cæsareo cordis adfectu perpendere, &, antequam regnum illud in extremam perniciem præcipitetur, exercitui eius minime concedere, vt, penes perniciosissimam istam desolationem, innocentissimus Christianorum sanguis adeo tyrannice & crudeliter effundatur: sed, vice versa, eidem clementissime iniungere ne dedignetur, vt, absque vlterioris damni illatione, iterum ex hoc regno euocetur.

Interea quoque Cæsarea Vræ Maiest. huic interpositioni clementissimum calculum adiicere haud grauabitur.

Quam primum igitur Cæsarea Vra Maiest. Regni huius Ordines, quemadmodum illud humillimo cum obsequio certo sibi pollicentur, contra omnes periculosissimas vlteriores incommoditates, præstita ob id cautela Cæsarea, defenderit, & eorundem sæpius nunc conquesta grauamina clementissime sustulerit, tum absque vlla mora etiam nos, nostras ad contrariam defensionem, conscriptas militareis copias dimittemus, prouincialium euocationem annullabimus, & à Directione amplius,

L 2 absti-

abstinebimus, certa indubiaque spe freti Cæsaream Vram Maiest. idem facturam, suum quoque exercitum clementissime iterum dimissuram, & denique innatam laudatissimę domui Austriacę clementiam atque mansuetudinem clementissime itidem nobis communicaturam esse.

Cæsaris ad Bohemorũ litteras responsio.

Ad hanc Bohemorum epistolam Cæsar ipsis sequentẽ in modum responderi curauit: Matthias &c. Generosi, Strenui, perdilecti fideles &c. Ad nostram, vobis tum temporis in arce Pragensi congregatis exhibitam epistolam, paucis hinc elapsis diebus, ab inordinario modo constitutis Directoribus responsionem, aliamque simul epistolam, peregrini auxilii implorationem concernentem, per peculiarem quemdam ad nos ablegatum cursorem accepimus, in quibus inter alia hanc excusationem prætenditis, quasi vobis impossibile fiet conscriptum vestrum exercitum iterum dimittere, cumprimis quoniam nostræ militareis copiæ regnum hostiliter invasissent, idemque non minimum sane damnum intulissent, hac vlterius adnexa clausula: Si videlicet requisitam à vobis tractationem clementissime ipsoq; facto adprobaremus, & Ordines Regni Bohemici sub durante ista tractatione, contra istiusmodi hostiles incursiones sufficienter protegere non dedignaremus, vos tum minime dubitare eiusmodi salutaria media in promptu fore, quibus non solummodo arma iterum deponi, à Directione cessari, & omnia ad constantem pacem necessaria, ac nobis, nostroque Regno conducibilia, adquiri poterint.

Quamuis autem hanc vestram excusationẽ ratam probatamq; minime habuerimus, & in eamdẽ, tamquam inefficacem, cõsentire neutiquam potuerimus, nihilominus tamen ex singulari cõmiseratione & misericordia erga hoc nostrum regnum, nostrosque miseros & innocentes subditos, antequam litteras vestras accepissemus, ad Serenissimos Sac. Rom. Imperii Electores, Moguntinum, videlicet, Palatinum Regni, & Saxonem, quemadmodum & ad Ducem Bauariæ, litteras ablegauimus eosdemque mediatores clementissime exorauimus.

Quamprimum igitur Serenissimorum istorum Dominorũ Electorum responsionẽ impetrauerimus, & vos interea debitum vestrum obsequiũ ipso facto demõstraueritis, tum minime intermittemus.

M. DC. IIXX.

temus cum ipsis de tempore & loco idoneo, omnibusque de iis, ad hanc difficultatem tollendam, necessariis rebus, absque vlla mora consultare, colloqui, &, quid facto opus fuerit, clementissime decernere.

Ne quis vero de clementissima hacce nostra propensione Cæsarea dubitet, sed multo potius toti terrarum orbi eadem manifesta fiat: icirco nos clementissime ita resoluimus, si videlicet arma, quæ ante nos arripuistis, iterum posueritis, Mansfeldicas, aliasque denuo conscriptas militareis copias ex nostro Bohemiæ Regno iterum dimiseritis, à directione & prouinciali administratione, quæ nobis, ceu Regi & domino vestro clementissimo, vnice competit, abstinueritis, & Cæsareis nostris literis patentibus per omnia, respectiue, obtemperaueritis, tum absque vlla mora & nos conscriptum nostrum exercitum certis quibusdam in locis Regni nostri Bohemici (nefas enim esse ducimus si incolæ Archiducatus Austriaci, & Ducatus Morauici, dilectissimi, fidelissimiq; nostri subditi vlterius onerari grauarique debeant) si illi, pro solutione, annona aduehatur, inhibebimus, & inquilinorum illata inferendaque damna mature præcauebimus, atque adeo omnem metuendã calamitatem, & militis licentiosam violentiam à fidelissimis nostris subditis auerti clementissime curabimus: quemadmodum etiam, eum ipsum in finem, ad serenissimum inclytumque dominum Electorem Saxoniæ perscripsimus, à cuius serenissima Celsitudine, quid vobis factu opus foret, propediem cognoscetis. Confidimus igitur, immo vobis serio iniungimus atque mandamus, vt, ratione præstiti vestri iuramenti, negotium illud non vlterius protrahatis, sed conscriptas vestras militareis copias (quæ direptionibus, incendiis, atque latrociniis fidelissimis nostris subditis irrecuperabilia damna atque detrimenta intulerunt) quamprimum iterum dimittatis, à sæpius nunc dicta inordinaria directione & prouinciali administratione abstineatis, neque denique vosmetipsos, miseros subditos, nostrumque regnum in extremam perniciem atque ruinam præcipitetis, ne forsitan transgressores iis; in patentibus nostris literis Cæsareis comminatis, pœnis coercere & plectere necessum habeamus, &c.

Hisce autem Cæsarea sua Maiest. minime adquieuit, sed, ad testandum pacificũ Maiestatis suæ animum, serenissimo domino Electori Saxoniæ sequẽtem in modum scripsit: Matthias &c. Illustris- *Eiusdẽ ad Saxoniæ septemuirũ literæ.*

M. DC. IIXX.

ſtriſsime adfinis, Sereniſsime Domine Elector &c. C. T. ex nupera noſtra epiſtola reſponſoria, procul omni dubio intentionem noſtram intellexit, quod videlicet inexcuſabilibus Bohemorum perpetratis exceſsibus & tranſgreſsionibus, ſepoſita nunc promerita pœnæ acrimonia & rigiditate, innatam noſtram clementiam atque manſuetudinem præferre velimus, quibus videlicet conditionibus T.C. interpoſitioni ſubſcribere poſsimus. Quocirca C. T. celare nolumus, nos, paucis hinc elapſis diebus, à rebellibus inobſequioſiſque noſtris ſubditis aliam epiſtolam, debitæ obediētiæ aliquanto propiorem, accepiſſe: ad quam ipſis, repetita noſtra ſuperflua lenitate, manſuetudine, atque clementia, (licet hactenus ad id exiguam ſane cauſam præbuerint) iuxta inſertam copiam, reſpondere nō dedignati fuimus. Quoniam vero commemorati noſtri rebelles ſubditi Bohemici debitū ſuum obſequium reali qualificatione, qualis Cæſareo-regiæ noſtræ auctoritati, iuriſdictioni, potentiæ, & Maieſtati competit, ipſo facto oſtenderint, noſtramque paternam prorſus & repetitam ad: & dehortationem interea exequuti fuerint, atque hoc ipſo ſuo obſequioſiſsimo facto Cæſareo-Regium noſtrum fauorem & clementiā ruſus impetrauerint: adeo vt diuerſis multis ex locis antehac profectis, ipſiuſque C. T. factis interceſsionibus, abſque tamen læſione noſtræ hactenus grauiter violatæ Cæſareo-Regiæ auctoritatis & exiſtumationis, locum rellinquere clementiſsime in animum noſtrum induxerimus. Et hoc, non alio modo cōmemorata iam interceſsio, ex innata noſtra clementiſsima manſuetudine, nobis minime aduerſatur: quemadmodum etiam eum in finem decreuimus, atque etiamnum clementiſsime decernimus, penes T. C. etiam Reuerendiſsimum, Sereniſsimos, & Inluſtriſsimos, Moguntinum & Palatinum, Electores, & conſanguineum noſtrum Ducem Bauariæ, ad id negotium clementiſsime, pro decenti more, inuitamus. Quamprimum igitur legitimam ſubmiſsionem, debitum obſequium, agnitionem malè antidhac admiſſorum, pœnitentiam, atque correctionem Bohemorū ipſo facto & realiter cognouerimus, tum ſane neutiquā intermiſſuri ſumus Sereniſs. veſtr. Dilect. diem locumque, (ex quibus ciuitatem noſtram Piſſam conducibilem fore exiſtumamus) quemadmodum & rationem illius compoſitionis per peculiarem quemdam curſorem denominare.

M. DC. IIXX. minare. Quamobrem T. C. tamquam vicinum, vi cum nostro Regno Bohemiæ sancitæ confœderationis hæreditariæ, amice & clementissime simul rogamus, vt, iuxta ante commemoratam singularem nostram adfectionem & notoriam pacificam intẽtionem, penes iam modo etiam dictos Serenissimos Dominos Electores, & S. Rom. Imperii principem, hanc interpositionem suã in humeros suos quoque deriuari, &, in persona ꝓpria se sistere dignetur: quo, absque vlla vlteriori mora, negotium illud inchoari, & tamdem ad exoptatũ finem perduci queat. De quibus omnibus C. T. beniuolentissimam promptissimamq; resolutionem quamprimum expectamus, nostramq; Cæsaream amicitiam C. T. deferimus, &c.

Electoris Saxoniæ ad Bohemiæ Directores epistola.

Postquam igitur Serenissimus atq; inclytus Dux Saxoniæ hancce Cæsareæ suæ Maiest. pacificam intentionem ex modo cõmemoratis literis Cæsareis percepisset, eapropter ne suo muneri atque clementissime sibi de mandato officio deesset, sequentem ad Bohemiæ Directores ablegati curauit. Generosi, Nobilissimi, Strenui, Honestissimi, Amplissimi, Prudentissimi, &c. quatenus Cæsarea M. Dominus noster clementissimus, ad nostram, aliorumque Sacr. R. Imperii Serenissimorum Dominorum Electorum & Principum multifariam factam rogationem, ob exortos motus Bohemicos propositam interpositionem clementissime adprobare, & Dominis, Moguntino, Palatino, nobisque, Electoribus, atque denique Duci Bauariæ, eamdem iniungere, certumque locum ac definitũ tempus nominare clementissime decreuerit: id ex insertã Cæsarearum ad nos datarum literarum copia copiosius cognoscetis. Hanc autem Cæsareæ S. Mai. clementissimam declarationem, nobisque iniunctam interpositionem humillima cum gratiarum actione acceptauimus, illamque interpositionem promptissime in humeros nostros deriuari passi fuimus, quemadmodum illud tempus, locus, status, & occasio per omnia requirere videbuntur: iuxta illud humillimo simul studio Cæsaream S. M. rogauimus, quod (postquam inter alia cognouissemus Cæsaream S. M. certis, grauissimisque de causis, hanc intercessionis exequutionem diutius adhuc differre voluisse) ad præcauenda maiora pericula, nullam vlteriorem moram nectere, sed multo potius diẽ, certumq; tempus nominare non dedignaretur. Postquã porro etiam

M. DC. IIXX.

Cæsareæ S. M. nutu & iudicio intellexissemus, hoc laudatissimum opus, & clementissimam adeo resolutionem Cæsaream, vestras, Euangelicorumque ordinum in Regno Bohemiæ, posteriores ad Cæsaream S. M. datas, submissionemque obedientissimam pollicentes, literas non parum promouere: iccirco confidimus, fideliterque, ceu vicinus fidus, vos adhortamur, vt istiusmodi submissionem & lenitatem (id quod alias fideles subditos erga legitimum suum Magistratum decet) etiam imposterum continuare, & non solummodo Cæsareæ S. M. clementissimum animum de die in diem magis magisq; tranquilliorem reddere, verum etiam ipsam Cæsaream suam Maiest. obsequiosissima submissione humillime implorare velitis, vt tam realem propagationem commemoratæ istius intercessionis, quam exoptatū illius effectum clementissime promouere non dedignaretur, quo tandem pax & tranquillitas iterum institui, vicini metuendum vlterius periculum euitare, & multorum denique incommoditates auerti & præcaueri queant, &c.

Directorū Bohemiæ ad Electoris Sax. epistolam responsio.

Ad hanc Electorali-Saxonicā epistolā Bohemiæ Directores sequentibus verbis responderunt: Serenissime, Clementissime Domine Elector, V. C. iteratam ad nos datam epistolam bene ac decenter accepimus, hilarique animo exultabundi quasi percepimus, quod Cæsarea Maiest. tamquam Rex Bohemiæ, Imperator, ac dominus noster clementissimus, clementissime sese erga E. V. C. declarauerit, &, ad multifarias diuersis è locis profectas, factasque rogationes, ob in hoc regno Bohemiæ exortos motus, propositā interpositionem ratam habere, eamdemue E. V. C. aliisq; S. Rom. Imperii Septemuiris & principibus iniungere, adque istius finalem exequutionem locū, certumque tempus denominare, clementissime iam decreuerit: Quam clementissimam Cæsareæ suæ Maiest. intentionem & declarationem non dumtaxat summa cum gratiarum actione obsequiosissimo studio acceptamus, verumetiam Deū Ter Opt. Max. submisissime rogamus, oramus, & obtestamur, vt Cæsareæ suæ Maiest. cor & mentem eo dirigat, quo proposita interpositio adeo in effectum deducatur, Cæsareæ suæ Maiest. auctoritas, & Regia existumatio, iurisdictio, potentia &c. conseruentur, & tamdem nobis, ceu certis priuilegiis dotatis ordinibus, & obsequentissimis subditis, absq; læsione bonæ nostræ conscientiæ, priuilegiorum, & lau-

M. DC. IIXX.

& laudabiliter recuperati liberi Relligionis exercitii, prædicta ista interpositio magno vsui emolumentoque esse queat. Depræhendimus autem ex istis Cæsareis ad Elect. V. C. datis literis, quod interpositio ista non liberũ spontaneum opus (quod probationi, & contrariæ probationi, incumbat, & cui E. V. C. tamquam interponens, merito iudex præfici debeat) fiet, sed quod Cæsarea S. M. certis, grauissimisque quibusdam de caussis, vsque ad finalem exequutionem differre velit, sub quo sane, procul omni dubio, nihil aliud intelligitur, quam quod Cæsarea S. M. prius rectam submissionem, debitum obsequium, iustam pœnitentiam, & admissorum correctionem experiri, certoque deinceps de eo statuere conetur, id quod in ipso Cæsarearum literarum originali latius pateat. Ast coram DEO TER OPT. MAX. & Serenissima Vestr. Cels. testamur, nobis nihil aliud vmquam in mentem venisse, neque etiamnum venire, quam vt nos, sub potentissima manu Cæsareæ suæ Maiest. Domini & Regis nostri clementissimi, humiliaremus, & eamdem pro summo nostro capite vnice agnosceremus: quocirca etiam, ex Elect. Vestr. Cels. instructione, non solummodo Cæsareæ suæ Maiest. clementissimam mentem tranquilliorem reddemus, verum etiam hac ipsa continuata lenitate atque mansuetudine nostra eandem humillimo studio implorabimus. Sin vero, sub prætextu debiti iuramenti & obsequii, à nostris hostibus & aduersariis aliud quicquam quæratur, adeo vt nos attentatorum istiusmodi (quæ tamen nobis numquã in mentem venerunt, multo minus ipso facto commisimus) pœnitere debeat: impossibile tum nobis esset, vt aliorum iniquitates in nos deriuaremus: sed multo potius exinde ansam occasionemque captaremus, quo pacto videlicet, ob toties conquesta, nondum vero sublata, grauamina, vireis nostras aduersarios Relligionis nostræ hostes merito conuerteremus, qui, ad istiusmodi submissionem, nos, nondum sufficienter auditos, compellerent. Qua in re tamen nullam omnino Cæsareæ suæ Maiestati culpam imputamus, sed multo potius hostibus nostris, & malis consiliariis, qui Cæsaream S. M. hactenus iniusto illegitimoque modo contra nos irritarunt.

Rogamus itaq; Serenissimam Elect. Vestr. Cels. obsequiosissimo studio, vt exoptatam hactenus intercessionem absque vlla vlteriori mora clemẽtissime promoueat, &, quoad fieri potest, in

M effe-

M. DC. IIXX.

M. DC. IIXX.

effectum deducat, etiam, ante, & post inchoatã istam tractationem, nullam de nobis aduersariorum nostrorum quærelam clementissime admittat, cuius coram Deo Ter Optumo Maxumo, & vniuerso mundo, nos numquam reddidimus participes. Ad propositum destinatumque tractationi isti, ciuitatis Pilsensis, locum quod attinet, eumdem (absque tamen Sereniss. Cels. vestr. præiudicio) multis modis inopportunum esse autumamus: Euangelicis Ordinibus siquidem maximopere suspectus, partim inquilinorum caussa, qui omneis Romano-Catholicã Religionem amplectuntur, & hactenus multifarias hostiles incõmodi[illegible] nobis crearunt, partim vero [illegible] eo ipso Pragenses ciuitates, defensoribus suis ex Ordinum medio destitutæ, facillime ab hoste occupari possent: is siquidem minime feriatur, sed, sub prætextu amicę tractationis & compositionis, sanguinolentis & tyrannicis suis conatibus indies magis magisque progreditur, & maiores vireis adquirendo locum vnũ post alterum occupat, crudeliter diripit atque deuastat, quemadmodum hisce diebus fraudulentissimo insidiosoq; modo arcem oppidulumq; Petschatnac-Camnitzium violenter sibi subiecit, iisdem præsidia imposuit, atque excurrendo magna etiamnũ nostratibus damna atq; detrimenta infert. Id quod Sereniss. vestr. Cels. latere noluimus &c.

M. DC. IIXX.

Hæc dum inter Cæsaream Maiest. Serenissimum Dominum Electorem Saxoniæ, & Bohemiæ Directores agerẽtur, S. Rom. Imperii Ordines interea (qui tũ temporis Rotẽburgi ad Tubarim cõuentum celebrabant) ad Cæsareã S. M. sequentes, Bohemicos motus concernentes, literas ablegarunt: Inuictissime Romanorum Imperator, Domine clementissime &c. Quãto cordolio nos, nostra dominia &c. antehac in Regno Bohemiæ contra omnium spem & expectationem exortos motus, & exinde Cæsareæ vest. M. præter alias difficile onerosumq; imperium, accidentia onera percepimus, & in quantas curiosas cogitationes eius rei caussa incidimus, ne videlicet periculosissimum istud incendium latius serperet, & postmodum nõ extingui posset, id latiore apud Cæsaream vestr. Maiest. deductione indigere superfluũ minimeq; necessarium esse arbitramur. Quã præcellens atque adeo eximium Dei Ter Optumi Maxumi donum constans pax in regno quopiam fiet, cuius munere tam supremum caput, q̃ eiusdem membra, vti frui possint, id experientia, atque adeo natura ipsa,

Iterum principum ad Cæsarẽ litera.

M. DC. IIXX. ipsa, satis superque testantur. Sub hac ipsa intemperie Bohemica autem nos, nostra Dominia, Domini & Superiores semper sperauimus Cæs. vestr. M. tamquã pacificum clemẽtissimumq; Dominum Imperatorem & Regem, numquam concessuram, vt peruetustum hoc regnũ in onerosum pniciosumq; bellũ, innocentissimiq; sanguinis ꝓfusionem præcipitari debuerit, sed multo potius, post maturã exactamq; deliberationem originis omniumq; circumstantiarũ, Cæsaream clementiam ostentaturã, atq; eiusmodi media inuenturam & vsurpaturã, quibus Cæs. V. M. summa auctoritas, debitum apud Ordines obsequium, & constans pax atq; concordia cõseruari possent: quemadmodum etiam nos, nostra dominia, dominos, & superiores præconcepta nostra spes & fiducia neutiquã fefellit, sed mox ab exorto isto incẽdio Bohemico à fide dignissimis pcepimus, Cæs. V. M. Commissariũ suum in Bohemiã ablegare decreuisse, & ante illius aduentum Cæsareo exercitui omnem exercendã violentiam prohibuisse. Sed paullo post, proh dolor, ipsa experientia satis superq; testatum fecit, quod Cæs. V. M. belli Duces, aliique Officiales, cum ipsorum fidei commissis copiis militaribus in Regnũ Bohemiæ hostilem impetũ fecerint, diuersa loca violẽter occuparint, M. DC. IIXX. incẽdiis, latrociniis, direptionib⁹, innocentissimiq; sanguinis profusionibus omnia infesta reddiderint: immo horrendę crudelitates à Cæsareanis aliquot militib⁹ perpetratæ sunt, qui etiã neq; imbelli muliebri sexui, nec innocẽtissimis infantibus, inter Christianos hactenus inaudita immanitate, minime pepercerunt: in quibus omnibus tamen Cæs. Vestr. Maiest. nos omneis & singuli excusatã habemus, quippe cuius pacificus anim⁹ multo aliter cõparatus fiet, quam vt ipsius regnum & subditos in tamtam miseriam & extremam perniciem præcipitet.

Vice versa vero enormes istos suos excessus ii nõ adeo facile excusare poterunt, qui ad irrequietos seditiososque istiusmodi motus intenti sunt, & qui, vti omneis quidem sanæ mentis autumant, plus ad peregrinam, exterã, suamque propriam vtilitatem, quam Cæsareæ Vestr. Maiest. Regni Bohemiæ, & consequenter totius Sacr. Rom. Imperii auctoritatem atq; salutem spectant. Quemadmodum autem ex aliorũ relationibus cognoscitur hodiernus Bohemiæ status ita cõparatus est, vt metuendũ, ni Cæs. Vestr. Maiest. exinde suboriendo periculo salutaribus mediis absq; vlla vlteriori mora obuiam eat, id quod tamen

M. DC. IIXX.

iterata nunc vice humillime confidimus, rem eo tamdem facile peruenire posse, quod ex vna parte apud Bohemiæ Ordines & laicos inopinata desperatio, ex altera parte vero apud isti incendio aliquanto viciniores Ordines variæ curiosæ considerationes, & denique, perturbatis turbulentisque alias hisce temporibus, vniuersalis seditiosa insurrectio exinde exoriri posset, quem irrequietum statum nos Vestræ Cæs. Maiest. in tam decrepita ferme à Deo Ter Optumo Maxumo concessa senectute omnino inuidemus, sed, vice versa, multo potius exoptamus, vt tam periculosissimæ mutationes atque innouationes à Cæsareæ Vestr. Maiest. laudatissimo imperio mature auertantur & præcaueantur. Cæsareæ vestr. Maiest. siquidem, tamquam sapientissimo Imperatori, minime est incognitum, idque ipsa etiam testatur experientia, quantæ videlicet incommoditates atque enormes inconuenientiæ, ex Religionis, aliarumque rerum oneribus, ni mature satis tollantur, exoriri plerumq; soleant. Quum itaque Bohemiæ Ordines vehementer admodum conquerantur, quot quantisque grauissimis oneribus, etiam contra Gloriosissimi, pientissimæ memoriæ, Romanorum Imperatoris RVDOLPHI II. clementissime iisdem Ordinibus communicatas, & à Cæsarea Vestr. Maiest. ipsa clementissime itidem confirmatas adprobatasque Maiestatis literas, hactenus à pacis osoribus pressi, & pene obpressi fuerint: idcirco neutiquam dubitamus si Cæsarea Vestra Maiestas per iustam ordinationem res acutioribus oculis intueri, Ordinum grauamina, eorumdemue constantiam, debitum obsequium, fidelemque deuotionem clementissime perpendere debeat: tum præconceptam suã inclementiam facilime iterum seposituram, econtra pacem & cõcordiam reducturam, adeoque omnia ad exoptatum finem iterum clementissime perducturam: idq; eo magis, quũ præcipui aliquot Electores, aliiq; S. Rom. Imperii principes, ex fidelissima cura, & propenso amore erga Cæsaream vestr. Maiest. eiusdemque salutem atq; prosperitatem, huic negotio per amicam interpositionem sese immiscere iamdudum sæpius promiserint, & in hoc ipsum Cæsarea vestr. Maj. quoq; clementissimum suum assensum præbuerit. Id quod grato acceptoque animo lubentissime percepimus, tamquam vnicum medium, per quod prouinciarum desolationes, innocentissimi sanguinis profusiones, periculosa præiu-

M. DC. IIXX.

præiudicia, & magnæ mutationes, quæ vicinis Ordinibus totique Regno ex motibus iſtis bellicis, quemadmodum & pernicioſi copiarum militarium tranſitus, diribitoria &c. metuenda, atque exinde ſubſequutus ſtatus turbulentus præcaueri poterit. Porro quoq; in hocce noſtro conuentu, conſiderato perturbatarum omniũ rerum ſtatu perturbato, neceſſarium eſſe autumauimus, ſin Cæſareæ V. M. ingens noſtrum cordolium & commiſerationem detegeremus, eam demue humillimo obſequioſiſſimoque ſtudio rogaremus, vt, in hoc periculoſo adeoque late ſeſe extendente negotio, viam lenitatis atque manſuetudinis ſibi placere clementiſſime patiatur, &, quoniam Cæſareæ Vræ Maieſt. declaratio, interpoſitionem concernens duris admodum conditionibus innititur, quas Bohemię Ordines ante omnia præſtare debent, eoſdem clementiſſime, cũ non mediocriter ſeſe accomodent, à modo dictis conditionibus liberare ne dedignetur: atque tamdem omne illud, quod alias Cęſareæ Vræ M. laudatiſſimę intentioni, communi paci & tranquillitati in S. Rom. Imperio forſitan vllo modo remoram impedimentumue iniicere queat, clementiſſime auertat, ſuiſque belli

M. DC. IIXX.

Ducibus & aliis Officialibus militaribus clementiſſime iniungat, vt abſque vlla mora cum exercitu è Bohemiæ regno ſecedant, eidemue incendiis, latrociniis, & deuaſtationib. ne minimum quoque damnum amplius inferant, vſq. dum, auxiliante diuina gratia, exoptata pax & ſalutaris concordia iterum reducta fuerit: alias ſiquidem non ſolummodo Coronæ Bohemicæ incorporatæ, & aliæ Cęſareæ Vræ. Maieſt. hæreditariæ prouinciæ, quæ partim etiam ſub hoc tumultu arma arripuerunt, ſed ipſi quoque S. Rom. Imperii Ordines in genere eas in cogitationes incidẽt, quaſi ij, qui ſub Cæſareæ Vræ Maieſt. nomine, &, quemadmodum nos exiſtumamus, inſcia plane Cęſarea Vrę Maieſtate, rem eo dirigerent, vt tamdem Euangelico-Orthodoxa relligio per ſuſceptam iſtam violentam expeditionem bellicã plane è Regno Bohemiæ exterminari, ac deinceps cum pace relligionis, quæ pari ferme conformitate Maieſtatis litteris correſpondet, eodem modo agi debeat: ex quibus omnib. nihil aliud, quam maior diffidentia, & neceſſaria, atque omnibus hominibus conceſſa contraria defenſio exoriri poſſet. Immo plane metuendum eſt, ni Deus Ter optumus Maxumus maius periculum clementiſ-

M. DC. IIXX.

mentisſime præcaueat, quod hac ſub intemperie, dum Chriſtiani proprium ſuum ſanguinem adeo temerarie profundunt, Regna & Prouinciç, quæ hactenus, tamquam Chriſtianitatis propugnacula in Hungaria, cum magna Chriſtiani ſanguinis fortunarũque iactura, conſeruatæ ſunt, exſuguntur, Turcorum Imperatori, in conſpectu legati ſui Viennę, foreis & portæ quaſi ad ſuum emolumentum aperiantur, quam incommoditatem tamen Cęſarea Vra Maieſt. ceu laudatisſimus Chriſtianus Imperator, mature ſatis anteuertet, & tot Ordinum S.Rom.Imperii ad & exhortationes clementiſſime conſiderabit, atque adeo, ex procraſtinata forſitan componendorum iſtorum motuum mora, Regnum Bohemię ab imminenti totali ruina atque interitu clementiſſime vindicabit atque conſeruabit: & denique etiam, poſt impetratam, quam ſperamus & exoptamus, pacem, omnem ſuam occupationem Cæſareã clementiſſime conuertet, quo etiam abſque vlla vlteriori mora (ex qua diffidentia eo magis magiſque exoritur, maioreſque vires indies adquirit) S. Rom. Imperii Euangelico-Orthodoxi Ordines, ſępius conqueſtorum grauaminum ergo, reſpectu Cæſareæ Vræ Maieſt. in nuperis Comitiis clementiſſime factæ pollicitationes, interpoſitionem concernentes, tandem aliquando leuentur. Eo ipſo facto Cęſareæ Vræ Maieſt. regia corona & ſceptrum confirmãtur, vbique bona correſpondentia, pax, quies, atque concordia reducentur, & ad gratam poſteritatẽ poſteritatem propagantur, Cæſarea V. M. difficili ſuo imperio aliquo modo ſubleuatur, atque adeo ſalus & proſperitas S. Rom. Imperii, Germanicæ Nationis, dilectiſſimę noſtræ Patriæ, veſtrorum Regnorum, Prouinciarum, Ordinum, & ſubditorum vndique conſeruantur, &c.

M. DC. IIXX.

Ledenbergi in Belgio captiui confeßio, & horrenda deſperatio.

De confœderatarum Prouinciarum Belgicarum Ordinum reformatione, & quorumdam ſuſpectorum officialium captiuitate ſupra diximus. Ex captiuis igitur Ledenbergius, peracto examine, ſequentia confeſſus eſt.

I. Vnionem Prouinciarum diſſoluere, & Hollandiam, Vltraiectum, Tranſyſelanam ab alteris ſegregare ſibi in animũ induxiſſe.

II. Mauritium de vita tollere.

III. Religionem communem facere.

IV Inter ſe inuicem ſanguinẽ & fortunas impẽdere ſtatuiſſe, &

V. Illud ipſum exterorum Regum atq; Principum intimis Conſiliariis communicaſſe ipſorumque,

M. DC. IIXX.

que, de hoc suo proposito, iudicia exploraſſe: Taurinum famoſum libellum, libræ trutinam dictum, ſcripſiſſe, Vtenbogardum eumdem correxiſſe, auxiſſe, & originale Ordinibus Vltraiectenſibus tradidiſſe: quæ correctio ſequentia V. capita in ſeſe complexa eſt.

I. Vnioni renunciandum eidemue ordinarios ſumptus detrahendos.

II. Religionem omnino immutandam.

III. Principem Auraicum dignitate exuendum.

IV. Vrbes, huic intentioni cõtrarias, laniênæ obiiciendas, &

V. In penuria exteros Reges, atque Principes vt pote Hiſpaniç, occidentalis Franciæ, Brabantiæ, & ſimiles finitimas contrarias Prouincias, atque vice verſa illis Vltraiectum, Neomagum, Bergam in Soma, & Brielam tradendam eſſe.

Hiſce, modo commemoratis, de articulis cum Remboulius Hogerbeetius & Hugo Grotius interrogati fuiſſent, Ledenbergius, malum vitę exitum ſibi ipſi pręſagiens, ex deſperatione noctu cultro ventrem bis adacto, poſtmodum, ad accelerandam mortem, abſciſcis faucib. miſerrime periit. Poſtquam autem eiuſdem filius, IIXX. annorum adoleſcens, ad Leniendam mitigandamq; animi ęgritudinem pareni in cuſtodiam permiſſus, huius tragici exempli certior factus fuiſſet, excitato magno clamore cuſtodes accerſiuit, qui tamen fruſtra, Ledenbergius enim iam iam infeliciter exſpirauerat, tum tẽporis aduentum ſuum maturarunt. Circa veſperam, quæ infelicem infelicis. Ledenbergi noctem lethiferam anteceſſit, filio hoc modo valedixit: *Fili feci, cuius rei gratia & ſanguis & fortuna impendendæ erunt.* Cadauer exenteratum, & Fiſcali vſq; ad condemnationem ad cuſtodiendum traditum eſt. Quoniam autem Ledenbergi familia inteſtina in magno vrbis templo ſepelierat, eapropter, iuſſu Dominorum Stadenſium, eadem refoſſa, atque in locum infamem tumulata ſunt.

M. DC. IIXX.

Reformatioris Mauritiana in Belgio continuatio.

Mauritius Naſſouius autem interea à cœpta reformatione minime ceſſauit, ſed in Hol: & Selandiæ ciuitatibus, præſertim vero Lugduni Batauorum, Delftæ, Edami, Schiedami, Gorcumi, Pudevvateræ, Voerdæ, Munikedami, Medenbliccæ, Hornę, Alemariæ, Enckhuſæ, Roterdami, Goudę, Schõnhouię, Middelburgi. Brielę &c. regiminis politici reformationẽ prudenter continuauit: quem in finem etiam ſua Excellentia III. ſclopetariorum militum M. ſuis ſub belli

Duci-

M. DC. IIXX.

Ducibus partim nauibus, partim curribus secum, adduci curauit, & in omnibus ciuitatibus honorificentissime & subiectissime ab earumdem inquilinis excepta est.

Gomnitzium à Tampirianis ex insidiis occupatum & direptũ.

Circa M. Octbris initium, die videlicet II. Tampirius singulari quodam stratagemate Gomnizium oppidulum, postquam L. equites illuc præmisisset, &, nomine Comitis à Thurn annonam ab inquilinis postulasset, occupauit. Cum enim ciues prænominatos equites intromisissent, cæteri latitantes ex insidiis eruperunt, oppidulum occuparunt, & diripuerunt: omnem quoque inibi repertam annonam cuius magna erat copia, in Cæsarea castra, quæ tum temporis Pilgram, montana & syluas obtinebant, transportarunt.

Præda Pragæ prædantibus ablata, & rusticis restituta.

Triduo post, V. nimirum huius mensis die, V. equitum ab Hohenloio conscriptorum turmæ, mere ex Brunouicensibus constantes, facto per Pragam itinere ad Bohemorum castra properarunt. Quoniam vero sub itinere miseros agricolas hinc inde spoliassent, eapropter, iussum & mãdato Directorum, in Pragensi ponte, per Capitaneum Tscherotinum, magna pars direptorum equorum, pecudum, aliarumque ad vitæ sustentationem cottidianumque vsum necessariarum rerum transeuntibus ablata & rusticis restituta est. Equidem Bohemi, quorũ hoc tempore XXX. equitum peditumque M, numerabantur, Cæsareanos, quorum cottidie multi moriebantur, in magnas angustias coniicere, iisdemque irreparabilia damna inferre potuissent, nisi adhuc pro tempore defensiue hosti obuiare eumdemue ab ingressu regni prohibere necessum habuissent. Comes à Thurn tamen ab obsidione Pilsensium tum temporis minime destitit.

M. DC. IIXX.

Bohemi à Cæsareanis prædam reportant.

Paulo post, XII. nimirum huius mensis die, XXX. equites Belgici in castris Bohemicis, consensu equitum tribuni, CCC. equites Cęsareos in sylua quadam ex improuiso adorti sunt. Postquam autem duobus factis ex sese agminibus, ad arma conclamassent hostem tam in poste quã interiori parte aggressiessent, Cęsareani, maiores, quam erant, vireis hostes adesse autumantes, aliquot ex suis amissis & XX. ex eorumdem medio captis, fuga sibi prospexerunt, hostique opimam prædam certumque equorum numerum post se relliquerunt.

Tampirius ex Bohemia in Austriam se confert.

Hęc cum agerentur Tampirus cum aliquot Officialibus ex Bohemia Viennam versus profectus est, & Boucquoium, Generalem Cęsa-

M. DC. IIXX.

Cæsarei exercitus Ducem cuius imperium æque ferebat, post se relliquit. Idem autem ille comes (Tampitius) collectis aliis militaribus copiis, cum Fuggeriano milite, stipendia Hispanica præstolante, in superiori Austria magna inquilinis damna atq; detrimenta intulit.

Interea Silesii Ordines, à Bohemis in auxilium vocati, ex conuentu Vratislauiensi sequentem declarationem, cur videlicet Bohemiæ Ordinibus suppetias ferre necessum habeant, diuolgari curarunt:

Silesiorum Ordinum declaratio de latis Bohemiæ Ordinibus auxiliis.

Postquam Romano-Cæsarea, etiam in Hungaria atque Bohemia Regia Maiestas, Imperator, Rex, & Dominus noster clementissimus, per Cæsareas Litteras apud Inlustrissimum celsissimumque Principe & Dominum, Dominum IAN-CHRISTIANVM, Ducem Silesiæ, Lignicii, & Briegæ, supremum belli Ducem superioris: inferiorisque Silesiæ &c. clementissime instituisset, vt vniuersalem omnium obsequentissimorum Principum & Ordinum, ex præscripto iuris Principalis, conuentum indiceret & celebraret: ad quem Cæsarea S. M. certos Cõmissarios Cæsareos ablegare, iisdemue obsequiosissimis Dominis Principibus & Ordinibus aliquot articulos proponere clemẽtissime decreuisset. Cum vero Inlustrissimus Celsissimusq; Princeps, Cæsareus supremus Capitaneus, ex clementissimo Cæsareæ Suæ Maiest. mandato, conuentum illum indixisset, & obsequiosissimi Principes & Ordines non exiguo dumtaxat numero frequenter comparuissent: exinde ex Inlustrium Dominorũ Cæsareorum Commissariorum, Generosissimorum Dominorũ, Domini Gundaceri, Domini à Lich tenstein/ & Niclausburg, in Wolfersdorff, Polstorff & Regẽstorff, laudatissimę suæ Cęsareæ Maiest. cubicularii: Domini Nicolai Baronis à Burckhaus, in Ionsdorf, Schildberg, & Peterwitz, Regii Consiliarii, & Cameræ Pręsidentis in supe: & inferiori Silesia: & Nobilissimi & Strenui Domini Wenceslai à Zedliz, in Schonau &c. Cæsareæ Maiest. aulico-cameræ Consiliarii, Cubicularii, & Capitanei Principatus Sagensis &c. orali propositione, &, penes exhibitas Cęsareæ S. M. Credentialeis, vti vocant, litteras, scripto compręhensa oblata instructione Cæsareæ S. M. mentem atque clementissimam sententiam copiosioribus intellexerunt: quod videlicet Cæsarea S. M. iuxta clementissimam sibi impertitam gratiam atque clementiam, ad obsequentissimorum

N Domi-

M. DC. IIXX. Dominorum Principum & Ordinũ, sub dato Vratislauię XXVIII. Aug. obsequentissimam epistolam in duobus peculiaribus articulis ampliorem aliquãto deductionem faciat: quo pacto videlicet, & quam grauiter Cæsareæ S. M. auctoritas, reputatio, atque existimatio, per è fenestris in imum præcipitationem duorum officialium Prouincialium, vniusq. Secretarii, læsa fuerit, & pro paterna sua cura hactenus nullum non lapidem mouerit, quo melius omneis seditiones, atque periculosæ Pręparationes bellicę auerti, & per ordinariũ Iuris Processum omneis istiusmodi enormeis inconvenientiæ tolli potuerint: quemadmodum eum in finẽ Bohemiæ Ordinibus per patentes publicas litteras id non vna dumtaxat vice, sed aliquoties in mentem reuocauerit, & simul paterne atq; clementissime admoneri curauerit, vt videlicet militum conscriptionem intermitterent, &, si quos iam ante conscripsissent, eosdem iterum dimitterent.

Ast, hisce minime perpensis, Bohemos ista omnia floccipendisse, minacibus, atrocibusque verbis respondisse maiores indies militarium copiarum vireis adquisiuisse: qua de caussa Cæsaream S.M. permotam fuisse, vt conscriptum exercitum in Regnum Bohemiæ immiserit, licet per patentes aliásque litteras Cæsareas sese iterum eo resoluisset atque declarasset, sin videlicet vltimis suis promissis, vna cum restitutione regiminis, & diu antea petitæ disarmationis, re & ipso facto satisfacturi essent, Cæsaream S. M. tum adeo clementissime & paterne sese erga ipsos exhibituram, vt innata sua Cæsarea, & Regia clementia, bonitas, atque mansuetudo, & quam fideliter Cæsarea S. M. sibi regni istius salutem atque prosperitatem curæ cordique esse patiatur, vniuerso terrarũ orbi manifestari debuerint: antequam vero fidem Bohemiæ Ordines militareis suas copias dimisissent, & per omnia sese ad debitam obedientiam accommodassent, Cæsaream S. M. absque armis in istam interpositionem consentire minime posse. M. DC. IIXX.

Nam quod Cæsarea S. M. per IIXX. motiuas caussas mentionem faciat hoc nullum esse relligionis negotium, & ita cum Principibus & Ordinibus factam confœderationem atque Vnionem minime tangere, quocirca etiam obsequentissimis Principibus & Ordinibus neutiquam

com-

M. DC. IIXX.

competere, vt eorum, qui istiusmodi enormissimis excessibus sese implicassent, neque ex vi Vnionis, neque confœderati iuramenti, curam tutelamque suscipiant, quemadmodum illud ipsum scripto comprœhensa obsequentissimisq; Principibus, & Ordinibus exhibita instructio satis superque testatum facit.

Verum enim vero obsequiosi Domini Principes & Ordines hasce Cæsareæ S. M. late deductas exhortationes in maturam deliberationem traxerunt: & primo quidem sibi adhuc probe reuocant in memoriam quid videlicet ad Cęsaream S M. non solummodo ex syncera, incorrupta, humillima, & sępius agnita constantissima fidelitate, verum etiam iam pridem per Cęsareæ suæ Maiest. Imperii aulicum Consiliarium, Dominum Stralendorffium &c. & iterum per insignes suos legatos perscripserint, eidemue humillimo studio in memoriam reuocauerint, quot videlicet, & quam difficillima inextricabilia pericula in istiusmodi seditiosis motibus sient metuenda, & quam sępius subiisdem in totis quoque regnis atque Principatibus periculosissimæ mutationes & innouationes acciderint, & quot sæpe integræ Prouinciæ in extremam perniciem, ea ipsa de caussa, præcipitatæ fuerint, & quod sub istiusmodi seditiosis tumultibus tam nocentes, quam innocentes, extremas miserias, ærumnas, atque intolerabileis cruciatus sustinere necessum habeant: quemadmodum etiam omne bellum nihil aliud, quam vniuersam Prouinciarum deuastationem, perturbationem Relligionis-profanæque pacis, Iustitiæ, omnium bonarum Constitutionum saluberrimarumque sanctionum, disciplinæ & honestatis, respectus subditorum erga legitimos suos Magistratus, retardationis commerciorum &c. plerumque secum adferre solet, immo nulla maior miseriorue miseria esse potest; quæ non semper bellum vbiuis comitetur: Quocirca eosdem (Principes & Ordines) Cęsaream S. M. summississimo studio rogasse, vt istiusmodi mediis sese clementissime accómodaret, quibus omneis periculosę Prouinciarum desolationes euitari, & vicissim Prouincię pristino suo pacifico vigori atq; nitori restitui possent: idq; potissimum eo magis quod tá celsissimi Domini Electores, tamquam firmę ac pręclarę S. Rom. Imperii columnę, ad impetrandam tam diu exoptatam interpositionem nullum nonlapidé mouerint. Immo

M. DC. IIXX. iidem fideliſſimi obſequentiſſimique Domini, Principes & Ordines ne minimum quidem intermiſerunt, ſed, vt debitum ſuum obſequium eo magis teſtatum faceret, per certos inſigneiſq; quoſdam legatos Ordines Bohemiæ fideliſſime admonuerunt, ne videlicet moderata & æquitati cõſentanea media reſpuerent.

Nunc autem non dumtaxat ex modo commemoratorum Delegatorum relatione, verum etiam ex quibuſdam hinc indetramiſſis litteris, tam aliis quibuſdam perceptis inſtructionibus tantum ſane colligi potuit, quod, vti verba reſolutionis ſuæ ipſa teſtantur, coram DEO TER OPTVMO MAXVMO, Cæſarea S. M. ac vniuerſo denique mundo proteſtentur, ſeſe Cæſareæ S. M. fideles obedientiſſimoſque ſubditos & eſſe & ad extremum vitæ ſuæ Spiritum permanere velle, ipſiſque clementiſſime indigetatam reſolutionem, & ſublationis grauiſſimorum grauaminum pollicitationem Cæſaream, quæ per inſignes, auctoritate & exſtumatione graueis Commiſſarios Cæſareos fieri debeat, non ſolummodo gratiſſimam eſſe, ſed eamdem etiam humillimo obſequentiſſimoque ſtudio indies auidiſſimo animo expectare quemadmodũ etiam ea ipſa de cauſſa tam ad Regem Ferdinandum, quam Archiducem Maximilianum humillime admodum ſcriptitauerint, &, vt nimirum Cæſarea S. M. ad iſtiuſmodi ſalutaria interpoſitionem concernentia media flecteretur ac commoueretur, ſummiſſime rugauerint: eamdem ſæpius nunc dictam interpoſitionẽ quoque, quæ ab Inluſtriſsimis Sereniſsimiſque S. Rom. Imperii Electoribus, aliiſque Principibus facta eſſet, non ſolummodo ſumma cum gratiarum actione acceptaſſe, ratam habuiſſe, & adprobaſſe: verum etiam, per delegatos ſuos animo admodum ſollicito eamdem inſtanter vrſiſſe, quo pacto ſcilicet pacifica iſta tractatio quamptimnm ad exoptatam iam diu metam auquando peruenire poſſet.

Quod vero interea ab inſtituta defenſione antequam ipſis de pacifica ſæpius nunc commemorata tractatione Maieſtatis litterarum conueniens præſtita ſiet cautio, non abſtinere poſſent, id vnice pacis, Relligioniſque oſorum, turbulentorumque & irrequietorum conſiliariorum cauſſa fieri, quorum quidam non dumtaxat mox ab ab intio ſeipſis ab Maieſtatis litteris, ſed etiam à tranſactione cum iis SVB VNA, atque tum ſubſequuta Adminiſtia ſegregauerint & excluſerint: eoque

M. DC. IIXX. eoque ipso facto satis superq; testatum fecerint, quomodo videlicet erga Maiestatis literas, eosq; SVB VTRAQVE adfecti fuerint: partim vero ob persequutionem relligiosorum Euangelicorum exultauerint, & contra eosdem, tam ipsorum relligionem multifarias technas fraudulentasque insidias indies excogitauerint. Quamuis autem Bohemiæ Ordines apud Cæsaream M. iterata vice humillime rogassent ꝙ videlicet, quum submississime adeo ad pacem inclinent, exercitus Cæsarei progressum inhiberet, omnia hostilia attentata imposterum intermitteret, supra & sæpius nunc commemoratas literas patentes Cæsareas annullaret; & vice versa, allegata toties salutaria pacificaq; media per interpositionem clementissime & quamprimũ in effectum deduceret: nihilominus tamen humillimis istis ipsorũ repetitis petitionibus neutiquam fuisse satisfactum, sed multo potius ipso facta Meridiana luce clarius demonstrari, omnia adhuc in summis versari extremitatibus, cumprimis quod Cæsarea S. M. de reuocando suo è Bohemiæ Regno exercitu & sanciendis induciis nondum sese resoluisset; sed econtra iisdem Bohemiæ Ordinibus armorum depositio & disarmatio iterum atque iterum imperetur, Cæsarea resolutio, pacificam tractationem siue compositionem concernens, verbis saltim promittatur, negotii relligionis, eiusdẽ adsecurationis malorumq; consiliariorum vero ne verbulo quidem fiat mentio. Econtra Bohemiæ Ordines originalibus testari posse, Iesuitas in turbulentis suis Collegiis non pacem, sed bellum suadere, prætendentes: *Iam exoptatum adesse tempus quo regnum Bohemiæ debellari, eiusdemue Maiestatis literæ, libertates, atque priuilegia iterũ annullari possent*: idipsum quod Bohemiæ Ordines tam oralibus, quam scripto cõpræhensis peculiaribus diuolgatis deductionibus satis superque testatum relliquissent: Quod autem hæc aliaque quamplurima grauissima grauamina nihil aliud fient quam relligionis pacisq; publicæ perturbationes atq; persequutiones, Principes & Ordines, iuxta ipsorum debitum obsequium, aliter colligere minime potuerunt, iisdem quoque non medioxumum parit cordolium, quod tam grauissima impediméta relligionis, eiusdemue liberi exercitii, à Cæsareæ suæ Maiest. consiliariis non pro relligionis negotio & persequutionibus agnosci & haberi velint. Ex quibus omnibus Meridiana luce clarius adparet Bohemiæ Ordines SVB VTRAQVE, non immerito

M. DC. IIXX.

rito persequutionem relligionis suæ allegare, eamdemue pacis osoribus & relligionis hostibus imputare pari modo negari neutiquam potest, sed omnibus & singulis notum manifestumque est, quod solo adæquationes templorum, ob templorum exstructiones & liberum Relligionis exercitiũ, hominum in vincula coniectiones, clauium ad templa ablationes, & similia supra commemorata durissima grauissimaque grauamina &c. nihil aliud fient, quam relligionis onerosa grauamina: idipsum quod exinde etiam probari potest, quod Ordines Bohemiæ coram Deo Ter Optumo Maxumo, Cæsarea S. M. ac toto mundo sancte adtestentur, sese Cæsareæ suæ Maiest. fidelissimos obsequentissimosq; subditos ad extremum etiam vitæ suæ spiritum vsque permansuros, ac corpori ac sanguini suo neutiquam parsuros, modo adsecuratio in puncto Relligionis ipsis præstaretur.

Quum itaque nullas seculares politicasque res prætendant, sed solummodo adsecurationem suæ Relligionis, eiusdemue liberi exercitii, humillime vrgeant, exinde Cæsarea S. M. eo facilius colligere & animaduertere potest, quod Bohemiæ Ordines meram relligionis suæ adsecurationem, nihil vero aliud, moliantur, vrgeant, & efflagitent. Eodem modo comparatum esset cum grauaminibus, quæ Principes & Ordines, Augustanam confessionem amplectentes, hactenus patienter sustinere necessum habuerunt, quæque, in omnibus ferme legationibus, Cæsareæ suæ Maiest. humillimo obsequentissimoque studio proponi curarunt, & eorumdem clementissimam subleuationem, vel saltim mitigationem, instanter pepetierunt quemadmodum eius rei gratia sufficientes deductiones, quærelæ, aliaque Scripta rogatoria apud Silesiorum expeditionem magno numero reperientur; & quæ heic, modo dicta iam de caussa, non immerito sicco pede præterimus. Quamobrem cum nunc terrarũ orbi cognitum manifestumque fiet, quod omnia ista, quæ hactenus ordine percensuimus, recta ac vera relligionis grauamina fient, & negari itidem non posit, quod, tam in Bohemia, quam Silesia, Relligio quibusdam in locis vehementer admodum persequuta fuerit, in moderna etiam resolutione Cæs. tantopere petitæ adsecurationis, hisce prouinciis vel Bohemiæ Ordinibus præstandæ, ne minima quidem fiat mentio: iccirco Cæsarea sua Maiest. obedientissimos Principes & Ordines vti sane confidunt,

M. DC. IIXX.

M. DC. IIXX. dunt, certoque sibi pollicentur, minime arguet & culpabit, quod illudipsum præstent, atque inuiolate seruent, ꝙ Bohemiæ Ordinibus in Vnione, loco præstiti iuramenti, promiserunt, &, ad tam insignem Cæsareæ suæ Maiest. ratificationem, iisdem obligati sunt: quum quilibet, ex præscripto diuini humanique iuris, illud seruare teneatur, quod sano mentis sensu, in nomine DEI TER OPTVMI MAXVMI, iuramenti loco, fide & fidelitate ipsa interposita, promisit: Econtra vero nihil aliud, quam certam pœnam diuinam ista sua verborum fideiq; suæ violatione expectandam habeat: quorum tamen obsequentissimi Principes & Ordines præpostero modo sese participes reddere, ac iuxta principale, inclytū, nobilissimumque atque honestissimum nomen, honorem, & constantiam, in semel decretis promissisque auxiliis, contumeliose labefactare ipsis nullo modo, coram vniuersa Christianitate, ad quam hæcce coniunctio longe lateque sese explicauit, absque mala fama, apud gratam posteritatem foret excusabile.

Verum enimuero sæpius nunc commemorati Principes & Ordines, confessionem Orthodoxo-Augustanam amplectentes, hisce publice coram DEO TER OPTVMO MAXVMO, Cæsarea S. Maiest. & vniuerso mundo protestantur, quod solummodo, in puncto Relligionis, hoc suum auxilium interpretentur, non autem contra Cæsareo-Regiæ S. M. personam, sed contra pacis publicæ turbatores directū fiet; sed quod modo dictum illud ipsorum auxilium expresse eo intelligi debeat quod obsequentissimi principes & Ordines hisce maioribus (quam quæ in Vnione comprehenduntur, & ad quæ seipsos obligarunt, cumprimis vero illius, cuius Bohemiæ Ordines incusari volent, nisi illud relligionem concernat) sese obstringere neutiquam velint. Ex quibus omnibus obsequiosissimi Principes & Ordines, indubia spe freti, summopere confidunt, Cæsaream S. Maiest. caussas istas impulsiuas fidelissimis Ordinibus neutiquam imputaturam, neque illudipsum ad ipsorum personas directuram. Pari modo obedientissimi Principes & Ordines, Augustanæ Confessioni addicti, Cæsareæ suæ Maiestati pollicentur, quamprimum Bohemiæ Ordinibus, SVB VTRAQVE, & huic prouinciæ æqua certaque satisfactio & adsecuratio, in puncto relligionis amplius non turbandæ, Maiestatisq; literarum in omnibus suis articulis, clausulis & punctis, absque

M. DC. IIXX.

absque vlla interpretatione vel alia contraria resolutione inuiolabiliter seruandarum, fieri debeat, ipsos tamdem absq; vlla vlteriori mora suas Bohemiæ Ordinibus tramissas auxiliareis militareis copias iterum reuocaturos esse, &c.

Cæsaris ad Saxoniæ Septemuirum epistola.

Motibus autem Bohemicis interea ne quicquam cessantibus, sed cottidie eo magis magisq; sese extendentibus, Cæsarea M. Pilsam ab Ordinibus Bohemiæ obsessam intelligens, sequentes ad Serenissimum Dominum Electorem Saxoniæ literas ablegari curauit: Matthias &c. Serenissime adfinis & Elector &c. post absolutam nuperã epistolam responsoriam, sub dato XVI. Octob. à fide dignissimis viris percepimus, fidelem, obsequentem, & constantem nostram ciuitatem Pilsam à rebellibus nostris Bohemis, & ex S. Rom. Imperii aduentitiis auxiliis hostiliter admodum obsessam esse. Quum itaque Ser. T. C. facile colligat, quod hostilis ille Bohemorum seditiosorum conatus Ser. T. C. aliorumque S. Rom. Imperii Electorum atque principum petitæ, ante aliquot septimanas coram Serenis. T. C. consiliario Grunenthalio cõfirmatæ, & per nostrum Delegatum Generosum, fidelem, dilectum Fredericũ Thalenbergium, Cubicularium, Consiliarium, & Appellationũ Præsidentem in Regno Bohemiæ, qui iam iam adhuc in itinere, repetitæ intercessioni, ac denique Ser. T. C. fidei commissæ suspensioni & depositioni armorum minime profuturus siet, & è diametro quasi ei repugnet, quod tũ temporis cõmemoratus Grunenthalius apud Bohemicos nostros subditos propósuit: iccirco, ineuitabilibus de caussis, admodum necessariũ esse iudicauimus, potissimũ vero, ob ex mora metuendum periculum, vt præsentem hunc cursorem illico ad Ser. T. C. ablegaremus, clementissime & peramice eamdem rogantes, vt obsidionem ciuitatis nostræ Pilsensis, tam omne illud, quod alias hactenus in commemorato isto nostro Regno Bohemiæ peregrino siue extero auxilio attentatum est, & citatæ interpositioni aduersatur, quamprimum auertat, neq; malum forsitan in partem interpretetur, quod aliquoties nunc dictus Grünethalius nostro consilio sese iterum in nostrum Bohemiæ regnum receperit, &c.

Ducis Bauariæ ad Bohemiæ Ordines litera.

Similiter & Serenissimus itidem Bauariæ Dux, sequentem, obsidionem Pilsensem cõcernentem, epistolam ad Bohemiæ Ordines ablegauit: DEI GRATIA Maximilianus &c. Generosi, Nobilissimi, Strenui, Prudentissimi, Honestissimique, perfideles dilecti:

M. DC. IIXX.

cti: minime adhuc vos latet quid ad nostram beniuolentissimam, ciuitatis Pilsensis caussa, exhortationem XIII. Augusti responderitis: quod videlicet numquam vobis in mentem venerit ciuitati Pilsensi, eiusdemue inquilinis vnicum damnum inferre, multo minus eam obsidere: quam vestram omnem æquitati côformem consentaneamq; declarationem non dumtaxat hilari animo percepimus, verum etiâ indubiam spem nobis hactenus feceramus, vos à promissis vestris ne latum quidem vnguem recessuros, sed eadem côstanter seruaturos, potissimum vero ꝙ modo dicta ciuitas, quantum quidem nobis scire licuit, nihil hostiliter contra vos attentauerit, sed dumtaxat Romano-Cæsareæ M. Domino, & cognato nostro dilectissimo, tamquam suo à DEO TER OPTVMO MAXVMO præposito Magistratui, debitam obedientiam præstare sese declarauerit, idipsum quod & vosmet facere iam ante in vos recepistis. Nunc vero, vice versa, præter omnem spem & expectationem nostram, cognoscimus, quod, ex vestro mandato, Pilsa arctissima obsidione prematur. Quum autem hostilis iste impetus expressæ vestræ resolutioni è diametro quasi repugnet, & econtra nihil aliud, quam maiorem offensionem, suspicionem, & periculosiorem motû, quem tamen ipsimet vehementer deprecati estis, subinde excitetis, Cæsareamque Maiestatem indies magis magisque contra vos irritetis, cumprimis autê quod modo & nunc sæpius commemorata ciuitas Pilsensis, vestris promissis & declarationibus freta, ad contrariam defensionem sese præparare licet potuisset, minime voluerit, Cæsareæ S. Maiest. exercitus etiâ hactenus adquieuerit, & nihil hostiliter attentauerit: icirco vos rogamus, vt, ad ostentandum pacificum vestrum animum & intentionem, côtra ciuitatem istam nihil amplius violenter moueatis, ab hostili obsidione abstineatis & militareis vestras copias domum reuocetis. In hoc siquidem facitis officio vestro & ipsi æquitati conueniens opus, & recôciliationem, quam adeo instanter hactenus efflagitastis, apud Cæsaream S. Maiest. eo facilius impetrabitis. Sin autem, contra paternas clementissimas istiusmodi ad: & exhortationes, expressasque vestras resolutiones, ciuitatem istam forsitan in maiores angustias præcipitaueritis, quiuis sanæ mentis tûm facillime colligit, ꝙ de Romano-Catholicis, qui, ratione præstitæ fidelitatis, à Cæsarea S. M. deflectere nolunt, sperâda opima præda,

O

M. DC. IIXX.

da, apud eosdem vestros in Maiestatis literis compræhensos Sympatriotas, res agatur, id quod re ipsa etiam probatis, dum, sub specioso motuum prætextu, grauaminum vestrorum, quæ prætenditis, subleuationem apud Cæsaream S. M. tam instanter vrgeatis. Exinde etiam Romano-Catholicæ Relligionis ergo subsequuta persequutio, apud omneis eiusdem Relligionis cultores, in: & extra S. Rom. Imperium, maiorem certe rerum considerationem excitabit, quam apud vestræ relligionis cultores, sin, (vti Cæsarea S.M. aliis ex locis de fide dignissimis percepit) ob vestram relligionem adeo persequi debeant. Quo melius autem hæcce & istiusmodi mala omnia euitentur, summopere adhuc confidimus, vos beniuolentissimæ nostræ inclinationi, ad: & exhortationi, antequam res ad extrema deueniant, obtemperaturos, probeq; consideraturos, quod erga regnum Bohemiæ, & vos, semper hactenus optume adfecti fuerimus, vos etiam ad nullum quiddam contrarium caussam habituros esse certo nobis pollicemur, &c.

Ordinum Bohemicorum responsio. Ad hanc Serenissimi Ducis Bauariæ monitoriam epistolam Ordines sequentibus responderunt. Clementissime Domine Princeps &c. Serenissimæ Vestræ Celsitud. clementissimam epistolam, bene ac decenti reuerentia accepimus, eademque pellecta percepimus, Serenissimam V. C. caussam obsidionis Pilsensis non ex ipso rei fundamento cognouisse. Quamuis autem Serenisſ. V. C. ob tam grauam, solertemque ad: & exhortationē obsequiosissimo studio perlubenter sane excusatam habeamus, nihilominus tamen intermittere non possumus, quin Serenisſ. V. C. ipsissimam rei veritatem denuo detegeremus. Primum itaque nobis adhuc probe reuocamus in memoriam quatenus videlicet, proxime elapso XIII. die Augusti, sæpius nunc commemoratæ ciuitatis Pilsensis caussa, nosmet resoluerimus, attamen vna simul Serenisſ. V. C. certiorem fecimus, quot, & quanta hostilia attentata iidem nunc obsessi Pilsenses eo ipso tempore contra nos susceperint. Equidem fateri necessum habemus nos antehac, eos in minimo etiam offendere, nobis numquam in animum induxisse, nisi ad hodiernam coactam obsidionem nobis ansam occasionemque præbuissent. Postquam enim à sua nobis per literas facta, declaratione, quod videlicet à confœderatione nostra ne latum quidem vnguem recedere velint, sese segregassent, adeo

M. DC. IIXX.

adeo audacter & præfracto animo nobis sese obposuerunt, vt etiam ipso puncto militareis copias conscripserint, aliorum Dominorum subditos ad sese in ciuitatem suam violenter compulerint, abactine pecorum, bonorumque direptione magna vicinis damna detrimentaque intulerint, inclytas ex equestri Ordine personas captiuas in vrbem adduxerint, earumdemue subditos, ad præstandum sibi fidelitatis iuramentum, vi compellere conati fuerint, sigilla nostra à patentibus nostris literis audacter lacerarint, iisdemue sub nostro nomine fraudulenter & falso abusi, extra prouinciam peregrinum militem conscripserint, immo eo vsq; audaciarum processerint, vt postulati ad necessitatem prouinciales in Pilsensi circulo, & alibi, direptiones & hostiles excursiones neutiquã ipsis prohiberi potuerint. Quamuis vero illos ipsos crebris internunciis ab hostilibus suis attentatis abstinere non vna dumtaxat vice admonuissem⁹, nihilominus tamen nobis non solũmodo neutiquã obtemperarunt, verum etiam magis magisq; hostilitates suas cõtra nos exercuerunt, periculosas minas spirarunt, adeo, vt, ad defensionem totius nostræ prouinciæ, necessario vim vi repellere, quod iure gentium cuiuis licet, coacti fuerim⁹, potissimum vero vt hocce nostro conatu eosdem Pilsenses ad meliorem saniioremq; mentem reduceremus, ne fortassis, vi occupata vrbe, infortunium, quod plerumq; duræ ceruicis populis in istiusmodi casibus obuenire solet, experiri necessum habuissent. Verum enimuero elato animo fidelissimas nostras ad: & exhortationes contemptui habuerunt, vt etiã præfractissime sese ipsos ad futuram obsidionem præparauerint, pulcherrima suburbia, nulla id exigente necessitate, incendiis vastarint, & hoc ipso temerario facto ꝓpriis suis viribus nimium tribuerint. Id postquam nos percepissemus, ex singulari erga ciuitatem istã adfectu, posthabitis iam omnibus nobis illatis iniuriis, Domino Ernesto, Comiti Mansfeldio &c. non dumtaxat vna vice, sed cõtinue, mandata nostra tramisimus, vt, grauissimis de caussis, inter quas Serenis. V. C. respectus nõ minima sane extitit, ab obsidione & læsione vrbis Pilsensis quamprimũ desisteret: quo cognito Comes illico cum copiis suis militaribus, obsidione soluta, ab vrbe recessit. Postquam vero tormenta duobus, exercitum autem tribus ab vrbe milliarib⁹ iam iam deduxisset, & ad vniuersa Bohemorum castra sese iterum conferre destinasset, Pilsens:s,

O 2 obsi-

M. DC. IIXX.

obsidionis metu iam liberati, pertinacissimis clamoribus & minis suis, quasi prouinciales Comitem mox subsequi compellere velint, rem tamdem pertinacissima sua audacia eo vsque deduxerunt, vt prouinciales Ordines, Pilsensis, aliorumque Circulorum, ad commemoratũ Dominum Comitem ocyus perscripserint, &, ad sui, suorumque defensionem, adque manus præcauendum incendiũ, cum copiis suis reuocauerint. Præfractissima autem Pilsensium contumacia percepta, Mansfeldius, prouincialiũ Dominorum Ordinum precibus victus, obsidionem Pilsensem denuo inchoauit, in qua etiam ad hodiernum vsque diem adhuc mascule pdurat. Interea vero ad pacificã transactionem exhortari numquam intermisimus: ast nullo vmquam tempore dictis nostris fuit audiens: nec scire nobis licet an videlicet ipsi ciueis, vel in vrbem receptus Capitaneus, ad contumaciam istam inexcusabilem ansam occasionemque præbeat. Nec etiamnũ quidem cessamus, sed per peculiarem beniuolentissimã quandam tractationem, ad præcauendam innocentis sanguinis effusionem, extremã vrbis perniciem & excidium (ad quod per multifarias cõtra nos Euangelicos Ordines, atque in ista obsidione præsentes tum temporis magnæ auctoritatis & existumationis personas contumeliosas criminationes atque conuitia, quæ audacter & insolenter euomuerunt, sufficientissimam ansam occasionemque dederunt) tam ipsis ciuibus, quam isti etiam Capitaneo persuadere conabimur, num videlicet ab hostilibus minimeq; necessariis suis attentatis desistere, & sese decenter accommodare voluerint: Cuius beniuolentissimæ nostræ intentionis effectum nos indies expectamus.

Ex commemoratis hisce omnibus, quæ, Deo Ter Optumo Maxumo Attestante, in ipsa rei veritate aliter sese non habent; Serenissima V. C. prudentissime cõcludere poterit, an sæpius nunc cõmemorata ciuitas Pilsensis non seipsam tanto infortunio implicauerit, & an non ad isti circulo illata damna, multis centenis florenorum millibus æstumata, sufficientissimam caussam, occasionemq; petulanter dederit, quemadmodum, vti suo loco diximus, nobis, de vrbe ista obsidenda, ab initio nihil vmquam in mentem venit, nec expugnationem istius vllo tempore cupiuimus, neque etiamnum hodie cupimus, si modo Pilsenses ipsi meliora & saniora consilia sequi, & propositum à nobis modum, bonitatis & pacis

quasi,

M. DC. IIXX. quasi, agnoscere, & acceptare voluissent: tum enim tam minus periculi atque violentiæ, quam cæteris quoque pacificis Ordinibus & ciuitatibus Romano-Catholicis impendisset. Pari modo Serenissima V. C. etiam conceptas suas cogitationes clementissime sibi eripi patiatur, quasi sæpius nunc dicti Pilsenses nihil hostiliter vmquam contra nos temtassent, & quod ipsis tot tantaq; damna intulissemus, & quæ porro Serenissimæ V. C. ab aduersariis nostris inculcari potuerint, sed multo potius: Serenis. V. C. nos, & vniuersos Dominos Ordines Euangelicos pro istiusmodi synceris, candidis, atque sibi bene cōsciis hominibus & agnoscat & habeat, qui, æque ceu Pilsenses, à Cęsareæ suæ Maiest. tamquam Regis & Domini nostri clementissimi, debito obsequio nūquam recedere, sed, vice versa, omnia, quæ modo nostræ conscientiæ, & adeo sanctè confirmatis nostris Relligionem concernentibus priuilegiis nō aduersantur, constanter & inuiolata seruare in animum induxerimus: idipsum quod coram Cæsarea S. M. aliisque Christianis Monarchis, S. Rom. Imperii Electorib. & Principibus satis superque testatum fecimus, atque etiamnum hodie sufficienter testamur. Similiter &

M. DC. IIXX. iisdem Pilsensibus, ob Romano-Catholicę Relligionis confessionem professionemque, ne minimum quidem damnum vmquā intulimus, sed multo magis eosdem mox ab initio, ad colendam nobiscum cōstantem amicitiam, peramice inuitauimus: siquidem & omneis ferme auctoritate & existumatione grauissimi præstantissimique, Romano-Catholicæ Relligioni addicti Ordines, Domini, equites, aliique homines SVB VNA huius regni, defensioni nostrę beniuolētissime subscripserunt, & in onera atq; contributiones æquo ac lubenti animo consenserunt: qua in re & ipsę Pragenses vrbes quoque nobis sufficientissimum testimonium præbere poterunt, quod videlicet in tam multis monasteriis, aliisque Romano-Catholicis Ecclesiis nulli vmquam homini (exceptis irrequietis & seditiosis Iesuitis,) minimum etiam damnum illatum fuerit: sed omneis & singuli diuinum suum cultum pacifice atq; quiete peragūt, idipsum quod & nos ipsimet in nostro Relligionis exercitio hactenus semper exoptauimus, atque etiamnū imposterum quoque exoptamus & cupimus. Ad indigitatam prædam quod attinet, humillime cōfidimus Serenissimam V. C. eiusmodi caussam atque perniciem

M. DC. IIXX.

tam insignis membri huius Regni Bohemici nobis minime imputaturam, sed, vice versa, proprias, genuinas, atque verissimas caussas, obsidionem ciuitatis Pilsensis concernentes, ex superiori relatione & commemoratione clementissime percepturam & adprobaturam esse.

Hisce, aliisque similibus, grauissimis de causis, loco & nomine Dominorum nostrorum Principalium, Sereniss. V. C. humillimo obsequiosissimoque studio rogamus atque obtestamur, vt aduersariis nostris, qui hactenus dispari erga nos adfectione Sereniss. V. C. aliter atque aliter de nobis informare conati sunt, nullam fidem adhibere, neque ipsa de nobis vmquam istiusmodi cogitationes concipere clementissime dignetur, quasi nos, etiam in minimo, ad persequutionem Romano-Catholicæ religionis, & detentionem Pilsensium, ab obsequio, Cæsareæ S. M. Domino nostro clementissimo debito (quod tamen malum à nobis Devs ter optvmvs maxvmvs clementissime auerruncato) intentionem nostram direxerimus: sed, vice versa, clemētissime nobis confidat quod, vti supra diximus, omneis & sinlos Romano-Catholicæ Relligioni addictos, qui, vna nobiscum, constantem pacem & syncerum amorem colere conantur, pro veris amicis æstumare, promouere, atque nostra defensione, sub qua expresse comprahenduntur, contra omnem hostilem impetum pro virili tueri, eosdemue in libero suo Relligionis exercitio nullo modo impedire neque perturbare velimus: pari modo, æque ceu Pilsenses, in Cæsareæ S. M. tamquam Regis atque Domini nostri clementissimi, debita deuotione & obsequio constanter permanebimus. Exoptaremus itidem, & lubentissimo sane animo perciperemus, vt quilibet etiam adeo syncero corde & candido animo Cæsareæ S. M. inseruiret, eiusdemue Cæsareo-Regiæ suæ Maiestatis salutem atque prosperitatem pari fidelitate sectaretur &c.

M. DC. IIXX.

Supplicationes & Processiones Venetiis habitæ.

Antequam autem hæc commemorato modo cum Bohemiæ Ordinibus peragerentur, Venetiis interea insignes supplicationes decretæ sunt. Cum enim perfidiosa ista contra Rempublicam illam sucepta atque, Deo omnipotente clementissime annuente, detecta conspiratio in fumum abiisset, Dux X. die Octobr. vna cum omnibus & singulis Senatoribus, insigni processione sese ad audiendam Missam in D. Marci templum contulit & pro prodi-

tionis

M. DC. IIXX.

tionis istius detectione DEO TER OPTVMO MAXVMO ingentes egit gratias: idem quoque ab inquilinis & populo in cæteris vrbis templis factitatum est, omneisque vrbis officinæ & tabernæ interea occlusæ, omneisque antehac comprehensi proditores & conscii proditionis: numero CC. extra Portum à peracto diuino cultu, aquis suffocati sunt. Prospectum itidẽ tum temporis à Quiritibus ne forsitan amplius simili proditione Respublica aliquid detrimenti caperet. Paulo post subitanea exorta contagiosa lues illic magnum diuersæ ætatis hominum numerum lethifera ista infectione cottidie è medio sustulit.

Inferioris Austriæ Ordinum Conuentus Viennensis.

Circa idem fermo tẽpus Ordines Austriaci, tã SVB VNA QVAM SVB VTRAQVE SPECIE, volente & sic clementissime ordinante ipsa sua Cæsarea Maiestate, vniuersalem Prouincialem conuentum Viennæ celebrarunt: in quo tamen Orthodoxo-Euangelici Ordines non prius ad propositionem siue deliberationem (quo medio nimirum vniuersalis ille motus iterum commode componi posset) sese conferre voluerunt, priusquam diuersimoda ante hac toties conquesta grauamina tollerentur, ipsisque idonee caueretur; quid nimirum, perturbatis turbulentissimisq; præsertim hisce temporibus, sibi de Romano-Catholicis Ordinibus polliceri possent.

M.DC. IIXX.

Permutatis autem vtrimque multis litteris, neutra tamen pars ad propositionem accederet, eapropter ipsa Cæsareas. M. spretis vtriusque partis differentiis, ob imminẽs periculum bellum tamdem Ordinibus, XXII. die Nouembris, post multitarias adeo clementissimasque paternas adhortationes, sequens decretum Cæsareum ipsis clementissime insinuari curauit.

Cæsaris iisdem Ordinibus missum decretum I.

Nomine Romano-Cæsareæ suæ Maiestatis, Domini nostri clementissimi, eiusdem Consiliariis, Cubiculario & Marescallo Prouinciali in inferiori Austria, Domino Georgio Bernardo Vrstenbeckio, Baroni &c. clementissime significetur, velle & iubere, nimirum ipsam Cæsaream S. M. vt modo dictus Marescallus Prouincialis, sepositis nunc inter Augustano-Confessioni & Romano-Catholicæ Religioni addictos Prouinciales Ordines controuersiis, fidelibus obsequiosisque Ordinibus & subditis absq; vlla mora indicet, vt videlicet ad faciundam Prouincialem Propositionem quamprimũ con-

M. DC. IIXX.

conuenire, bonum publicum priuato anteponere, iocundissimæ, omnium Patriæ grauamina, plus quam particularia sua, respicere, atque ita obsequiosissimam ipsorum deuotionem, amorem & adfectionem erga Cæsaream S. M. tamquam Dominum eorum hæreditarium & Prouincialem Principem, ipso facto contestari, & denique absq; vlla longiori mora ad deliberationem Prouincialis conuentus propositionis accedere ne grauentur.

Decretum Cæsareum SS.

Postquam autē Ordines huic Cæsareo Decreto minime sese accommodassent dictoque audientes fuissent, atque ita intentionem suam de die in diem differrent, icciрco Cæsarea S. M. ad præcauenda maiora ex mora ista metuenda pericula, XXIX. die eiusdem mensis, aliud decretum Monitiorum ad Prouincialem Marescallum perferri curauit, cuius hæc sequentia ferme fuere formalia: Loco Romano-Cæsareæ, Hungariæ Bohemiæque Regiæ Maiestatis, Domini nostri clementissimi, eiusdem Consiliariis, Cubiculario & Prouinciali Marescallo inferioris Austriæ, Domino Georgio Bernardo Vrstenbekio Baroni &c. clementissime significetur, vt videlicet crastina luce in Palatio Prouinciali publico cōpareat, ac inferioris Austriæ Ordinibus, nomine Cęsareæ S. M. significet, perce ille atque intellexisse, nimirum Cęsaream S. M. ex Consiliario suo aulico-bellico, Capitaneo Prouinciali in inferiori Austria, Domino Georgio-Andrea Hoffkirchio, Barone &c. quatenus videlicet periculum cottidie eo magis magisq; adcrescat, quodque hostes huic Ducatui iam modo pedem intulerint, & Zvvethelæ ac monasteriis aliquot militaria pręsidia violenter imposuerint: ea propter Cęsaream S. M. omneis & singulos Prouinciales Ordines paterne rogare, vt, iuxta laudabile exemplum laudatissimorum suorum Maiorum, in hisce temporis angustiis, amorem, fidelitatem atq; deuotionē suam erga Cæsar. Maiest. ipso facto demonstrent, atq; tamdiu coniunctim vnanimiterque perseuerent, donec ad conuentus Prouincialis propositionem adcessio fieri, & de Patriæ difficultatibus in eo tractari queat, quemadmodum & hodie Romano-Catholici congregati fuerint, & certas quasdam auctoritate & existimatione graueis personas ex suo medio selegerint qui absque vlla vlteriori mora Augustanæ Confessioni addictis Ordinibus ad postulata sua responsuri sient, &c.

Euangelidicti

Postquam igitur sępius nunc

M. DC. XXII.

Euangelicorum Ordinum inferioris Austriæ ad Cæsar. Maiest. epistola.

dicti Euangelici Ordines inferioris Austriæ paternam clementissimamq; adeo Cæsareæ suæ Maiest. adfectionem ex modo commemoratis bonis decretis Cæsareis percepissent, eapropter sequentem declaratoriam epistolam ad Cæsaream S. M. ablegari curarunt: Inuictissime Romanorum Imperator, clementissime Domine Prouincialis Princeps &c. Ex illa XXIX. die Nouemb. nomine Cæsareæ V. M. per eius aulico-bellicum Consiliarium, Cubiculariū, & supremum inferioris Austriæ Capitaneum Dominum Georgio-Andream Hoffkirchium, Baronem & Equitem &c. obsequentissimis, vniuersis & singulis inferioris Austriæ Ordinibus Prouincialibus, in tam Inlustri conuentu facta propositione primum humillimo obsequiosissimoque studio percepimus atque intelleximus, quod Cæsarea V.M. non dumtaxat nobis admodum paterne atque clementissime significet, quatenus videlicet Bohemorum militareis copiæ dilectissimæ nostræ Patriæ eo magis magisque pedem inferant, & forsitan, iuxta vulgarem diuolgatam famam, in eadem hacce prouincia hyberna castra figere meditentur, verum etiam clementissime nos exhortetur, vt adeo grauissimum opus matura consultatione prudenter atque tempestiue perpenderemus. Pro secundo autem ex illo ad Dominum Marscallum Prouincialem transmisso, & in eodem XXIX. die Nouembris celebrato Conuentu pellecto decreto humillime quoque cognouimus, quo pacto scilicet Cæsarea V. M. eidem (Marescallo) clementissime iniunxerit, vt in propositione Prouinciali obsequentissimis Ordinibus quamprimum indicet quod videlicet, haud perpensa iam inter vtriusque Relligionis Cultores exorta differentia, præmissa habitaque sat matura consultatione, publicum priuato longe præferant.

Quemadmodum igitur ex eo Cæsareæ V. M. pro suo laudatissimo Archiducatu Austriæ habitam fidelissimam paternamque curam satis superque cognoscimus, ita quoque ipsi æquitati debitoq; nostro obsequio consentaneum esse autumamus, vt videlicet, pro modo commemorata Cæsareæ V. M. beniuolentissima erga hanc suam Prouinciam curę obsequentissimas gratias summissime agamus. Equidem, penes illam Cæsareæ V. M. in isto Conuentu factam propositionē, maiora sane & grauiora negot a vna cum laudatissimis Romano-Catholicis Ordinibus tractare, ac de

P istis

M.DC. IIXX.

istis peculiarem quamdam consultationem instituere necessum habuissemus, si modo ad nostram Cæsareæ V. M. in nostro memoriali excusatorio exhibitam, efflagitatamque, & omni æquitati consentaneam petitionem vllo respon o dignata fuisset. Sed cum in hodiernum vsque diem modo dicto iam suo responso longiorẽ cottidie moram nectat, & publicum bonum ęque in illo versetur, vt videlicet cumprimis inter Ordines concordia in hac Prouincia iterum plantetur, omnis diffidentia tollatur, & econtra vetus confidentia & bona correspondentia iterum reuocetur atque propagetur: iccirco hactenus cum iisdem (Romano-Catholicis) nullam consultationem instituere potuimus: quemadmodum illudipsum, in supra commemorato nostro memoriali Cæsareæ V. M. satis superque innuimus. Ne autem admodum dilectissimę nostræ Patriæ iam, ob Behemorum incursiones, imminentes periculosæ angustiæ negligantur, neque pro eiusdem salute admodum necessariæ deliberationes atq; fructuosæ consultationes impediantur, multo minus nobis vnica mora imputetur: iccirco, ex Cæsareæ V.M. paterna instructione, quamprimum clementissime imperatam consultationem instituimus, & decretam obsequentissimam nostram beniuolentiam Cęsareæ V. M. sequenti formulą celare noluimus: INVICTSSIME Romanorum Imperator Domine clementissime &c. vnice sperassemus Cæsar eam V. M. antequam contra Bohemos arma arripuisset, illud cum obsequentissimorum Ordinum Prouinciarumque ante communicato consilio, & de eodem matura habita deliberatione atque consultatione, factarisse, ipsis caussas proposuisse, & aliquanto maturius, quomodo scilicet sese res cum Bohemia ista intemperie habeat, clementissime iisdem communicasse: nihilominus tamen ista omnia hactenus neglecta sunt. Quãuis vero huic prouinciæ præpositis Vicariis clementissime antehac significatum fuerit, quod, si Cæsarea V. M. ob ingens imminens periculum illud necessarium esse autumauerit, ea ipsa de caussa, obsequentissimi Ordines ad vniuersalem Prouincialẽ conuentum publicato Programmate citari debeant: quo facto etiam paulo post Cæsarea V. M. vniuersalem conuentum Prouincialem clementissime indixit, cui & nos, ex debito humillimoque nostro obsequio, præsentes inter-

M. DC. IIXX.

terfuimus: in quo non per exiguum dumtaxat temporis interuallum permanſimus, & propoſitionem auide expectauimus: aſt, cõtra omnem ſpem & expectationem noſtram, propoſitio iſta non ſolummodo nõ eſt, verum etiam nullius omnino rei gratia admoniti fuimus; adeo vt re infecta, abſque vllius propoſitionis perceptione domum reuerti neceſſum habuerimus. Inſuper omne illud, quod alias de Bohemicis moribꝰ ſcire nobis licuit, & quod indies de iiſdem adferebatur, nos, tamquam ſingulare myſterium, celabatur, ad bellum illud gerendum meri exteri & Romano-Catholicæ Relligioni addicti belli Duces conſtituebantur, quod nobis ſane non medioxumum tum temporis peperit cordolium atque periculoſam quandam diffidentiam, cumprimis quod à laudabilibus Romano-Catholicis Ordinibus, ad tam iuſtiſsimam factam poſtulationem noſtram, nulla adhuc fuerit ſubſequuta reſolutio, excitare poterit. Quod autem periculum & commemoratum iſtud incendium etiamnum tam late ſerpſerit, vt etiam Bohemi in ſuauiſsimam dulciſsimamq noſtram patriam hoſtilem impetum fecerint, & loca quædam, cumprimis

M. DC. IIXX.

Zwethelam, occupauerint, triſti ſane atque ægerrimo animo illud perferre neceſſum habuimus, eapropter etiam omnibus viribus in id vnice incubuimus, quo tanto longe lateque ſeſe indies diffundenti malo ſalutaribus mediis iterum obuiaretur. Quocirca extra omnem dubitationis aleam ponimus ſi Cæſarea V. M. eius Regnis & prouinciis tam arduum negotium mox ab initio, & antequam ad arma cõclamatum eſſet, ad deliberandum clementiſsime propoſuiſſet, procul omni dubio iſtiuſmodi in medium propoſuiſſent remedia, quibus Cæſareæ V. Maieſt. nõ dumtaxat ſatisfactum fuiſſet, verum etiam omnia iſta enormia mature anteuerti potuiſſent: ſiquidem ipſiſſima teſtatur experientia omneis fere cum Cæſareæ V.M. Regnis atque prouinciis habitas conſultationes ſemper fortunatum exoptatumque portũ attigiſſe, cumprimis quod ſua collata conſilia etiam plerumque ipſo facto in effectum deduxerint: idipſum quod Cæſarea Veſtr Maieſt. ſimodo priora tempora ſibi probe in memoriam reuocauerit, re ipſa clementiſſime cognoſcet atque deprehendet. Pari modo quoque cum Cæſareæ Veſtr. Mai. regnis atque prouinciis Lincii celebratus generalis

M.DC. IIXX.

lis conuentus talem sane exoptatum finem sortitus est, quod in eo cum Turcico Sultano confirmata pacis tractatio, etiam contra præceptam aduersariorũ contrariam intentionẽ, feliciter subsequuta, atque adeo Transyluania quoque penes Christianos in hodiernum vsque diem conseruata fuerit.

Quoniam vero in hacce Bohemica intemperie hic modus Cæsareæ V. M. minime arriserit, sed Electorum & Prouinciarum, quę ad pacificam huius negotii accõmodationem syncere atque fideliter consilia sua cõtulerunt, postposuerit, atque adeo prædictum quasi antea infortunium ipso facto apparuerit, probe iccirco perpendendum est, quod illis ipsis, qui absque maturiore rei consideratione ad violentam armorũ arreptionem inauspicata abortiuaque sua consilia in commune contulerunt, omneis ex male suaso bello exortæ difficultates atq; calamitates istæ adscribẽdę sient; qui etiam nunc, quomodo videlicet malum istud à suauissima ista nostra Patria iterum auerti queat, contraria ac saniora consilia non immerito conferant. Ad nos equidem quod attinet, ceu antehac & etiamnum fidelissimi obsequentissimique subditi, ad armorum adeo infaustam inauspicatamque arreptionem numquã consilia nostra in commune contulissemus, considerando, quod euentus belli semper dubii, & errores, in pugnando commissi, irreparabiles, quodq; omne bellum nihil certius, quam vniuersæ Prouinciæ desolationem, turturbationem Iustitiæ, omnium bonarum constitutionum salutariumque sanctorum, bonæ disciblinæ, honestatis, & omnium Commerciorum retardationem, atq; totalem metuendam intermissionem plerumque secum adtrahat, & nullum maius malum esse possit, quod non in bello adpareat, adeo vt etiam ipsa victoria maiora damna, quam vtilitates, pariat.

Hisce & similibus de causis sane non videmus quomodo hodiernum periculum, & ante oculos quasi obuersans ingens calamitas absque singulari potentissima resistentia repelli possit. Quum enim Bohemorum exercitus adeo potens atque numerosus fiet, vt etiam omneis V. C. M. tum temporis in Bohemia commorantes militareis Copiæ eumde retrahere minime potuerint, idem quoque indies maiores vires adquirat: parum sane conducibile foret, etiamsi certus equi-

M. DC. IIXX. equitum peditumque numerus conscriberetur; immo potius metuendũ esset, quod Bohemi non dumtaxat totalem istam militis lectionem impedire, diribitoria inhibere, verum etiam ad id irritari possent, quo maioribus adquisitis viribus prouinciam hancce, patriam nostram iocundissimam, eo magis magisque hostilibus incursionibus infestarent, atque tamdem omnino pessumdarent: adeo vt exoptandum esset, quod priores istæ militarium copiarum conscriptiones intermissæ fuissent, quo facto Bohemia sane iam adhuc staret integra, nec tam illæ (Bohemicæ) quam hæ (Austriacæ) prouinciæ in tam extremam perniciem præcipitatæ, sed, vice versa, multa vtrimq; accepta damna, innumerabiles innocentissimi sanguinis horrendæ pfusiones, incredibiles facti sumptus, & tam fortissimorum militũ iacturæ tuto euitari potuissent. Cumque insuper belli neruus admodum debilitatus siet, ordinaria munera, per militarium copiarum transitus & diribitoria ab omnino exhaustis subditis non exhibita fuerint, sed prouincia, ob diuturnam adeo cõtinuationem belli Turcici, aere alieno magnopere pressa, Cæsareæ V. M. bona Cameræ ad tantũ bellum gerendum non sufficientia, Hungarici limites præsidiis denudati, Imperii Circulorumque auxilia interclusa, atque tamdem Cæsareæ V. M. debita innumerabilia incredibiliaque ferme sient, &, quod damnum, alias inuincibile irrecuperabileque, auget, indies magis magisq; cumulentur: iterum atq; iterum minime videmus, quomodo ad continuandum bellum, vel maiorem militariũ copiarum conscriptionem (cum tempus & periculum nullã amplius moram patiantur) vllo modo suadendum siet. Nihilominus tamen, vt tamdem ingens periculum & extrema pernicies euitetur, nosque, vna cum charissimis nostris vxoribus & liberis, non prorsus extremo excidio reseruari oporteat, pro humillima nostra consideratione non abs re, sed conducibile, pro ratione temporis, remedium fore autumamus, si primum ab obsequẽtissimis Ordinibus ex idoneis personis delectus fieret, & ad Bohemos ablegaretur, quique ipsis, inter alia, referret omneis & singulos sperasse, ipsos, ob veterem amicitiam & bonam vicinitatem, absq; vlla data caussa hanc prouinciam nõ adeo hostiliter inuasuros fuisse: eosdem simul fideliter exhortaretur, vt ab vlterioribus istiusmodi attẽtatis imposterum abstinere, copias suas militareis iterum reuocare & ab hostili M. DC. IIXX.

M. DC. IIXX. ista deuastatione prorsus cessare neutiquam grauarentur. Quoniam etiã res ista nondum ex fundamento sublata siet, iccirco humillimum nostrum consilium & obsequentissima esset beniuolentia, si Cæsarea V. M. obsequiosissima sua regna & prouincias illuc exhortando commoueret, vt itidem proxima quaque occasione certos è suo medio delectus constitueret, qui in Generali à Cæsarea V. M. indicto Conuentu comparerent, de tam arduo grauissimoque negotio inter se inuicem mature deliberarent, &, quo medio exoptata pax & communis tranquillitas iterum plantari propagarique posset, beniuolentissime detegerent. Quod denique Cæsarea V. M. per eiusdem xxx. die Nouembris publicatum decretum nobis clementissime iniunxerit, ne hoc loco pedem moueremus, in hoc (quantum quidem perturbatissimũ hocce tempus, vniuscuiusque propria necessitas & periculum concesserint) pro virili laudatissimorum Romano-Catholicorum Ordinum resolutiones & declarationes expectabimus, eidemque obsequentissime nos accommodabimus, &c.

Comitis à Thurn ad inferioris Hæc dũ inter Cæsaream S. M. ex vna, & inferioris Austriæ Ordines, ex altera parte, agerétur, Comes à Thurn interea, ne suo loco nihil hostiliter intentatum relinqueret, cum vniuerso suo exercitu in inferiorem Austriam sese cõtulit, inibiq; inquilinis prouinciæ istius nõ exigua sane damna detrimentaq; intulit. *Austriæ Ordines literæ.* M. DC. IIXX. Quo melius autem hostilibus istiusmodi suis attentatis coloré quæreret, sequentem ferme in modũ sese erga eosdem inferioris Austriæ Ordines declarauit: Mirabilis sane atq; inaudita res alias, inquit Comes, alicui videretur (quæ etiam, si pertinaciter atq; ex ꝓposito quasi fieret, neutiquam excusanda foret) absq; salutatione in alicuius Domini prouinciam impetũ facere: Sed solus Devs Ter Opt. Max. vnice nouit, & de quo omneis sanioris prudentiorisq; mentis homines iudicent, nos ad istiusmodi resolutionem sumendam coactos fuisse, quum sciamus, ꝙ sanguĩ sitibundi isti Consiliarii nulla pacis & salutis media arripiãt, sed multo potius vnam post alterã militarium copiarũ conscriptionem ꝓmoueant, prouinciis præsidia imponant, atq; iisdem florentissimũ adeo regnum Bohemiæ funditus internecioni tradere percupiant, vnde flammæ huius incẽsores latius hinc inde sese vlterius nocendo diffunderent, ni in tempore ipsis, eorumdemue hostilibus conatibus, iretur obuiam. Si enim, pro

M. DC. IIXX.

pro decenti more, nostrum in Austriam aduentum prouincialibus ante temp⁹ significassemus, hostis tū istius fuisset admonitus: illico iccirco & tacite fieri oportuit, omneis & singulos pamice rogantes, ne quis forsitan hocce nostrū factū in sinistrā partem interpretari, sed certo certius credere & æstumare velit, quod congregatos nostros hostes vndiq; iterū dissipare, ecōtra vero omneis nostros amicos, eorūdemue subditos, defendere, honorare, iisdéue omnia humanitatis officia præstare & exhibere nostra stet sententia: omne illud, ꝙ nobis adducetur, vtpote vinū, auenā, panem &c. ex æquo & cōstituto prouinciæ pretio persoluem⁹: Dominos Ecclesiasticos in eadem hacce prouincia, qui ad nostram persequutionem nullum nō mouerunt lapidem, in diuino suo cultu peragendo nihilominus nō impediemus, iisdemue tamdiu par pari neutiquā referemus, quo vsq; nobis ad offensionem nulla ab ipsis caussa data, fuerit. Vt autem, quur videlicet hoc opus inchoatam fiet, aliquanto latius deducamus, nulla id requirit necessitas: illud ipsum siquidem Apologia satis superq; testatum fecit, & refutatio nobis obiectorum articulorum non solummodo Principibus & Ordinibus in Silesia oculos aperuit, verum etiam aliis Electoribus & Principibus, qui hunc nostrum conatum pro vniuersali quodam negotio censent, alii vero propositū illud nostrum eo melius promouebunt. Datur itaque hæcce SALVA GVARDIA illi N. istius arci & villæ N. eiusdemue omnibus subditis, quod nullus miles, siue eques, neque per pedes, vnicum etiam hominem lædere vel offendere, sed quemlibet pro dignitate cum respectu per amice tractare, adeoque sese erga quosuis gerere debeat, ne quærela quæpiam apud nos hac de re instituatur. Sin autem quispiam aduersus hocce nostrum mandatum impingere, atque contrarium quiddam præsumere conetur, is, absque vllo respectu misericordiæ, pro suo merito castigabitur. Immo ex corde istiusmodi transgressori precamur, vt æterna temporalique salute atque benedictione priuetur: nihil enim aliud quærimus, vel cupimus, quam nostræ nostrorumq; cōscientiæ libertatem, ne quis vltra eā forsitan grauetur aut oneretur, sed vt nostræ Maiestatis literæ & ꝓuincialia priuilegia in sua pristina laudatissime cōfirmata essentia conseruentur, indubia spe freti eosdem, in sui ipsius quoque emolumentum, ex

Chri-

M. DC. IIXX.

Christiana charitate & adfectione eo vnice adlaboraturos, vt ad præfixum exoptatumq; finem res tamdem redigatur &c.

Cæsarea Maiestatis ad Ducem Lignicensem epistola.

Postquam igitur Cæsarea S.M. hancce Comitis à Thurn in inferiorem Austriam susceptam expeditionem bellicam percepisset, eapropter ad Ian-Christianũ Ducem Lignicensem sequentem epistolã perferri iussit: Matthias &c. Inlustrissime Adfinis, & Princeps pdilecte fidelis &c. Quamuis in nullum trahamus dubium, Cõuentum Principum nunc peractum fore, teque nostrum desiderium in eodem, ad clementissimam nostram intentionem, promouisse: nihilominus tamen quũ interea Bohemicæ intemperiei promotores inexcusabilibus suis attentatis eo magis magisque perrexerint, & non dumtaxat Cæsareanas nostras militareis copias nuperrime vniuerso suarũ virium impetu inuaserint, verum etiam in Archiducatum nostrũ Austriacum hostilem impetum fecerint, inibique direptionibus, latrociniis, incendiis, ac deuastationibus omnia infesta reddiderint, & atrocia admodum contra nostras prouincias, earumdemue fidelissimos nostros inquilinos & subditos exercuerint, atque etiamnum hodie exerceant, (ad quæ omnia ipsis ex Silesia tramissa auxilia, in omnibus iis, quæ offensiue contra nos, & fideles nostros in Regno Bohemiæ hactenus suscepta fuerunt, consilio, ipsoque facto profuerunt, & quasi in aciei principio constiterunt) atque adeo illi ipsi esse debeant, qui hostiliter Archiducatum nostrum Austriacum inuaserint, iccirco quum ex hisce omnibus luculenter adpareat, quod tibi, aliisque obedientissimis Principibus & Ordinibus falso p. rsuasum fuerit, quasi Interessentiũ præparationes bellicæ non contra nos, nostramque Regiam reputationem & auctoritatem, nostrosque fideles subditos atq; prouincias susceptę sint, quodque vestra ipsis tramissa auxilia dumtaxat defensive, numquam vero offensive, sese gerere debeant, nihilominus tamen contrarium manifesta etiam luce clarius adparet. Quoniam autem neutiquam cõfidi. ius nos per Silesiorum cõscriptas militareis copias debellatos iri, & ipsos contra præstita sua iuramenta sese à nobis auersuros, econtra vero alios defensuros, & hoc ipso in seditioso negotio quasi turbatum incentores atque coryphæos futuros esse. Iccirco clementissime tibi mandamus, vt summis viribus eo ante omnia potissimum adlabores, quo non solummodo dicta Silesiorum auxilia, vti antea clemen-

M. DC. IIXX. mentiſſime petiſmus, iterum retro poſtulentur, hoſtilitates intermittantur, noſtraque manſuetudine, patientia, atque clementiá non diutius abutantur: verum etiam vt nos cõtra commemoratos motibus Bohemicis implicatos intereſſentes, à quibus nos & noſtri hoſtiliter inuadimur, & innocenter perſequimur, ab obedientiſſimis noſtris Principibus & Ordinibus, ex præſcripto præſtiti ipſorum iuramenti, merito defendi atque tueri poſſimus &c.

Lignicenſis ad epiſtolã Cæſaream reſponſio.

Ad hanc Cæſaream epiſtolam Lignicenſis hoc modo reſpondit: INVICTISSIME Romanorum Imperator, Rex, & Domine clementiſſime &c. Cæſareæ V.M. humillima obſequentiſſimaq; mea officia debita fid.litate ſubmiſiſſime obſero. Cæſareæ V.M. ad me, ſub dato xxx. Nouemb. clementiſſime exaratas literas humillima cũ reuerentia heic Oelſtenæ probe accepi, & obſequioſiſſimo ſtudio ex iiſdem intellexi, quod Cæſarea V.M. mihi clementiſſime proponat, quatenus verſus Bohemiam tramiſſa auxilia Sileſiaca nõ dumtaxat in eo, quod OFFENSIVE contra Cæſaream V.M. eiuſdemue militareis copias ſuſceptũ fuit, Bohemis conſilio ipſoque facto profuerint, atq; adeo in ipſo aciei principio conſtiterint, verum etiam ii ipſi eſſe debeant, qui hoſtilem in Auſtriam Impetũ fecerint, M. DC. IIXX. inibique direptionibus, latrociniis, incendiis, atque deuaſtationibus omnia infeſta contra Cæſaream V.M. eiuſdemue fideles prouincias, earumdemue inquilinos, exercuerint: quocirca omnibus viribus in id vnice incumberem, quo commemorata iſta auxilia Sileſiaca reuocentur, omneis hoſtilitates intermittantur, & contra eaſdem Cæſareæ V. M. ab obedientiſſimis Principibus & Ordinibus debitum auxiliũ præſtetur. Quemadmodum autem Cæſarea V. M. tam à me, quam ab obſequentiſſimis Principibus & Ordinibus obſequioſiſſimo ſtudio nõ vna dumtaxat vice inſtructa atq; informata fuit, quibus videlicet conditionibus & reſeruatis (ad quæ etiam ipſi Bohemiæ Ordines, SVB VTRAQVE, erga Principes & Ordines Sileſiæ ſeſe expreſſe reſeruarunt) Sileſiaca auxilia Bohemiam verſus tramiſſa fuerint, Cæſarea V. M. quoq; & nemo mortalium (DEO VOLENTE) aliud ex iis colligere poterit, quam quod obſequioſorum Principum & Ordinum intentio, in tramittendis iſtis ſuis auxiliaribus militaribus copiis, vnice & ſemper eo directa fuerit, vt illi, ad quod Ordinibus Bohemiæ, SVB VTRAQVE, per adeo ſancte promiſſam, & à Cæſarea V. M. clementiſſime ad probatam

M. DC. IIXX.

batam confirmatamq; Vnionem obstricti & obligati sunt, satisfacerent, & Relligionis onera duarum prouinciarum tamdem vel tollerentur, vel saltim aliquo modo mitigarentur. Ita Cæsarea V. M. obsequentissimis Principibus & Ordinibus, ceu Cæsareæ V.M. fidelissimis obediētissimisq; subditis, clementissime cōfidat, quod iis ipsis hactenus nihil aliud vmquam in mentem venerit, si forsitan ex ista intentione & expressis pactis, ab ipsorum copiis militaribus, neque pro se, neque ex præscripto Ordinum Bohemiæ, secessum atque digressum fuerit. Certo enim Cæsaream V. M. certiorem reddere potero, quod de istiusmodi Silesiacarum copiarum militarium conatibus neque ego, neque etiam alii Principes & Ordines, certi quidpiā cognouerint: iccirco etiam eo magis necessarium esse autumo, vt illud belli Ducibus, aliisque Officialibus, ac denique ipsis Bohemiæ Ordinibus, omni solertia inculcem, omneisque circumstantias diligentissime exquiram: & quemadmodum hanc Cæsareæ V. M. clemētissimam epistolā quamprimum vicinioribus Ordinibus, vt de eadem vlterius deliberent & sua cōsilia conferant, notificare neutiquam intermissurus sum, tum requisita necessitas, cum iisdem deliberata (quamprimum modo de iis certior redditus fuero) sedulo & obsequentissime obseruabitur, &c.

M. DC. IIXX.

Eiusdem ad Bohemiæ Ordines literæ.

Pari modo Inlustrissimus ille Dux Lignicensis ad Ordines Bohemiæ sequentes literas exarauit: Singulareis perdilecti amici, eximii fautores, & boni fidelesque vicini, &c. Quatenus Romano-Cæsarea Maiest. Imperator, Rex, & Dominus noster clementissimus, nobis hisce diebus, per clementissimas literas copiosioribus significauerit, quo pacto videlicet non solummodo Domini, & vos, cum vestro exercitu Cæsareanas militareis copias non ita pridem hostiliter inuaseritis, & subsequenter in Archiducatum Austriacū hostilem impetū feceritis, inibiq; direptionibus, latrociniis, incēdiis & deuastationib⁹ omnia loca infesta reddideritis, verū etiā quod vobis Dominis, vobisq; tramissa auxilia Silesiaca in omnibus iis, quæ OFFENSIVE contra Cæsareā S.M. eiusdemue fideles subditos in Regno Bohemiæ suscepta fuerint, consilio factoq; ꝑfuerint, in principio aciei constiterint, immo illi ipsi fient, qui hostiles in Austriā incursiones fecissent: eaq; de caussa clementissime petat, vt modo cōmemorata auxilia Silesiaca, quæ, vti de iisdem gloriatum fuerit, omni tempore dumtaxat

AD

M. DC. IIXX.

AD DEFENSIONEM, nullo modo vero AD OFFENSIONEM directa esse debeant, retro reuocentur, &c, vice versa, Cæsarea S. M. ad auertendas omneis istiusmodi hostilitates, non immerito defendatur atque protegatur, id Domini, & vos, ex Cæsareanarum literarum inserta fide dignissima copia, siue descriptione, copiosioribus percipere poteritis. Quamuis vero hactenus neutiquam intermiserimus, & laudatissimæ Cæsareæ S. M. interea humillime responderimus: nihilominus tamen, quum negotiũ illud vlteriori deliberationi atq; consultationi subiicere necessum habuerimus, quod videlicet de allegatis direptionibus, latrociniis, incendiis &c. pro tempore adhuc nihil intellexerimus: iccirco, iuxta illud, cũ Dominis & vobis necessariã communicationem instituere necesũ habuimus. Minime necessarium vero esse autumamus, si heic Dominis, & vobis, copiosioribus in animũ inducerem, quæ hactenus omni tempore, ob arrepta arma, caussæ & prætẽsiones à vobis allegatæ fuerint, & quomodo easdem ad necessariã defensionem semper direxerint: & quibus scilicet modis hi nostri Augustanæ confessioni addicti Ordines ad necessariã defensionem arma cũ vobis Dominis & vobis cõiunxerint &c. cum illud ipsum vtrimq; duarum prouinciarum res gestæ, & peculiareis ad Cæsaream S. M. Dominum nostrum clementissimum, tam à Dominis & vobis, quam etiam hisce nostris Ordinibus humillimæ subsequutæ declarationes & resolutiones satis superque testentur. Itaque, iterata nunc vice, tam Dominis, quam vobis, tamquam adeo insignibus & Amplissimis Ordinibus, confidere, & possumus & volumus, quod tam minus nos, & hi nostri Ordines de iis numquam in toto isto negotio vnicam aliam intentionem & propositum depræhenderimus, quam quousque ista inter ambas prouincias ad omnem posteritatem instituta, & à Cæsarea Sacr. Maiest. confirmata Vnione, ad defensionem & adsecurationem liberi Euangelicæ Relligionis exercitii, fundata atque permissa sunt: cuius rei caussa nos etiam, coram Romano-Cæsarea Sacr. Maiest. & omnibus Dominis, vobisque, omni tempore hactenus testimonium perhibuimus: ita quoque & ipsos imposterum in eodem proposito constanter perseueraturos, & nullo modo in animum inducturos, ne minimũ quidem OFFENSIVE cõtra Cæsareæ S. M. reputationem atq; auctoritatem, vel eiusdẽ pacificas quietasq; prouincias & subditos

M. DC. IIXX.

ditos suscipere, vel etiam Silesiacas auxiliareis copias in minimo quoque, quod Vnionis Directioni per alias exorbitantias repugnare & aduersari queat, vsurpare. Quoniam vero non minus (si istiusmodi hostiles incursiones direptionibus, latrociniis, incendiis, atq; deuastationibus, de quibus omnibus Cæsarea S. M. certior facta est, versus Austriam per modum OFFENSIONIS, cumprimis vero adsociatione & coniunctione auxiliarium Silesiacarum copiarum susceptæ fuissent) hisce Ordinibus admodũ peregrinum rarumque videri posset, & eadem de caussa nobis cumprimis (quo melius & certius laudatissimã S. Cæs. Maiest. verissimæ responsionis loco, certiorem reddere possemus) omneis circumstantiæ opus sient: iccirco Dominos & vos hisce amice, & clementer rogamus, vt istiusmodi rerum gestarum copiosiorem relationem nobis quãprimum haud grauatim communicare ne dedignemini.

Ordinum Bohemiæ ad Lignicensis literas epistola responsoria.

Ad modò commemoratã Ducis Lignicẽsis literas Ordines Bohemiæ sequentem ferme in modum responderunt: Inlustrissime & celsissime Princeps Inlust. V. C. nostra obsequiosa officia deferimus, eidemque à DEO TER OPTVMO MAXVMO constantem corporis valetudinem, & omnẽ temporalem prosperitatem ex animo precamur. Clementissime Princeps & Domine ex Inl. C. V. literis, aliisque iisdem insertis copiis, non absq; singulari admiratione intelleximus, quatenus videlicet Cæsareæ M. Domino nostro clementissimo, factus in Austriam hostilis impetus à nostris aduersariis, instinctu potissimum Iesuiticorum perniciosorum Prædicantium, inculcatus fuerit, &, easdem ob caussas, nomine Cæsareæ S. M. Inlust. V. Cels. seuere proponatur, quod Dominorum Principum & Ordinum in Silesia auxiliareis militareis copiæ ad omne illud, quod OFFENSIVE hactenus contra Cæsaream S. M. eiusdemue exercitum ipso facto susceptum fuerit, consilia sua contulerint, immo in aciei principio constiterint, & illam ipsam in Austriam impresionem fecerint, inibiq; diuersimodas hostilitates exercuerint, cuius rei gratia Cæsaream S. M. reuocationem militarium auxiliariumq; Silesiacarum copiarum Inl. V. C. clementissime iniunxisse. Ad hæc vt Inl. C. V. humili & obsequioso studio respondeamus: cumprimis nobis reuocamus in memoriam, & tam Inl. V. C. quam cæteris etiam Dominis Principibus & Ordinibus in Silesiã, Dominis nostris clementibus, peramicis nostris vicinis & confœderatis ingentes

M. DC. IIXX.

gentes debitasque agimus gratias, quod Inl. V. C. in nupero Principum Conuentu priorem suam Principalem, tam sibi quam nobis non medioxume profuturam resolutionem, non solummodo adeo syncere & fideliter tutata sit, verum etiam speciosa ipsis proposita opposita adeo prudentissimis grauissimisq; fundamentis atq; rationib. refutauerit, ecõtra vero Iustitiam nostræ inter se inuicem debitæ adsistentiæ tam dilucide explicauerit, quod ab omnibus & singulis illud ipsum mirifice prædicetur: vnde etiam & nos non immerito ansam occasionemque sumpsimus, vt videlicet idipsum S. Rom. Imperii Electoribus, Principibus, aliisque Ordinibus, clementissimis, clementibus, fauentibusque nostris Dominis, melius recommendaremus, & simul Inl. C. V. humillimo cum obsequio gratias debitas ageremus, DEVM TER OPTVMVM MAXVMVM summississime simul rogantes, vt Inl. V. C. aliisq; confœderatis Dominis Principibus & Ordinibus in Silesia, huncce erga salutem prosperitatemque Christianæ suæ Ecclesię in his Prouinciis feruorem multis aliis fertilioribusque benedictionibus compensare clementissime ne dedignetur, certa indubiaque spe freti Inl. V. C. porro quoque in tam sancte confirmata Vnione constanter perseueraturam, nec sinistrum quemdam alium prætextum (idipsum quod & nos similiter facturi sumus) sese ab ista diuelli vmquam passuram. Ad Inl. V. C. litteras igitur quod attinet, ex iis tantum sane colligimus, quod eadem nostram relationem nondum per omnia cognouerit, & fortassis omnino nõ acceperit. Et quo quidem, procul omni dubio, Inl. V. C. aliquo modo percepit, &, habita prius prudentissima consideratione atque perpensione, secum ipsa collegit, quod Domini nostri Generales, postquam hactenus summa patientia propriis suis oculis intueri necessum habuissent, quomodo videlicet hostis, penes inauditam alias peractam tyrannidem atque crudelitatem, magnas opes, quas in Bohemia direptionibus & spoliationibus magno numero corraserat, versus Austriam in monasteria, imprimis vero in Abbatiam Zvvethelensem, quo in loco prædictus etiam noster hostis in ipso crimine depræhensus fuit, comportasset, & exinde magnam commeatus copiam corrasisset, maiores militareis copias eodem in loco conscripsisset, circa viciniã istam militem in diribitorio lustrasset, omnia eum in finem, quo maioribus

M. DC. IIXX.

bus adquisitis, sibique coniunctis, viribus Magnum & conscriptum nostrum exercitum hostiliter adoriretur: iccirco Domini Generales, quorum fidei rerum summa, atque adeo totius defensionis negotium commissum est, optumo iure & necessitate belli nihil aliud facere & potuerunt & debuerũt, quam si hosti hancce commoditatẽ iterum eriperẽt, & eo ipso medio latrones & raptores per dispersionem è Regno disturbarent, quemadmodum illud ipsum ipsa ratio, cumprimis vero rationes bellicæ vnicuique sanæ mentis notum faciunt, ne videlicet, istiusmodi opportunæ conditiones negligantur, sed hostis, vbicunque etiam reperiatur, persequatur, quo melius ipsi transitus, & aliæ commodæ occasiones, quibus huic Regno, incorporatisque Prouinciis maiora damna detrimentaue inferre posset, iterum eripiantur: siquidem istiusmodi homines & aduersarii nostri vnice in id hactenus incubuerunt, quo seposita nunc Serenissimorum Dominorum Electorum, Principum, aliorumque S. Rom. Imperii Ordinum intercessione, interpositione, aliaque pacis tractatione, nostris damnis inuigilarent, atque adeo interitum perniciemq; totius Regni pro virili promouerent. Iccirco, vice versa, & nemo nobis vitio vertere poterit, quod noster itidem exercitus, ratione talionis, in Austriam contra quosdam pedem intulerit, qui nos, & liberum nostræ Relligionis exercitium, vniuersalis pacis procurationem impedire conati sunt, &, quo melius suum desiderium explerent, non contemnendam pecuniæ summam in nostram perniciem, per fas nefasque, corraserunt, multosque fideles Sympatriotas, qui mox ab initio sese nobis coniunxissent, à proposito suo reuocarunt, qui tamen, sub fido scuto silentii & fideli Correspondentia, à Dominis Generalibus (id quod Inl. V. C. sub pari fido silentio obsequioso studio celare nullo modo possumus) per idoneum illud medium meliorem instructionem efflagitarunt, & hunc, vt ipsi testantur, ante quadriennium nostræ confœderationi conscripsissent, ni à clericis, eorumdemue assectis huccusque fuissent impediti. Quum itaq; probi isti & fideles Correspondentes Austriaci intellexissent, quam insigne videlicet emolumentum ex confœderatione & coniunctione Prouinciarum, ad impetrandam securam constantemque Relligionis adsecurationem profuturum esset: iccirco Domini Generales

M. DC. IIXX.

M. DC. IIXX. in hoc ipso eo promptiores & patiatiores sese ostenderunt, ad trãsitum exercitui suo viam ad generalem coniunctionem præmonmonstrarunt, & pusillanimos à sua pusillanimitate ad constantiam atque patientiam reuocarunt. De qua exoptata prorsus intentione & sperato effectu Inl. C. V. ceu prudentissimus sapientissimusque Princeps, aliique Domini Principes & Ordines in Silesia salutares suas cogitationes & cõsiderationes magis concepturi sunt, quam vt easdem heic latius explicemus atque deducamus. Et hæc, vti nobis quidem scire licuit, veræ atque impulsiuæ caussę profectionis expeditionisque in in Austriam, quæ non eo fine instituta, vt inibi direptionibus, latrociniis, incendiis, deuastationibus &c. omnia loca infesta reddantur, neque tam Ecclesiastici, quam seculares homines offendantur, multo minus in extremam perniciem præcipitentur, de quo, & non alio, omnis veritatis amans nobis luculentissimum testimoniũ præbere poterit: cumprimis vero nostra ista copiarum nostrarum militarium in Austriam immissio (in qua certa quædã loca præsidiis præmunita sunt) nullo modo OFFENSIVE contra Cæsareæ S. M. clementissimi nostri Imperatoris atque Domini personam propriam (quæ vnice & sola in Maiestatis litteris tam à nobis, quam vniuersis & singulis Dominis Principibus Ordinibusque Silesiæ, in toto hocce nostro defensionis negotio, semper humillima cum reuerẽtia solemnissime excipitur) facta est. Quas ampliores autem caussas Domini Generales istius expeditionis Austriacæ præsidiorumque quibusdam in locis impositionis habuerint, quum Inl. V. C. litterarum ad nos datarum copiam ipsis tramiserimus eorumdemue res, onsionem indies etiamnum expectemus: iccirco, quam primum illam acce, erimus, eiusdem itidem fide dignam copiam Inl. C. V. absque vlla mora cõmunicabimus, licet aduersarii nostri nos copiosioribus calumniis apud Cæsareã S. M. aliosque S. R. Imperii Proceres proscindere minime desistẽt. Ast, in tam iustissima caussa, bonam nostram conscientiã appellamus, & à DEO TER OPTVMO MAXVMO felicissimum caussæ nostræ successum speramus: nam etiamnum hodie quoq; à fide dignissimis percepimus, bene adfectos Dominos Morauos à Capitaneo Wallenstenio, eiusq; subprę fecto, imperium in duos Euangelicos belli Duces, vtpote Dominum Diethrichsteinium, & Dominum Schvvembeckiũ transtulisse,

M. DC. IIXX.

lisse, eo fine vt vniuersalem coniunctionē vna nobiscum in Prouinciis incorporatis omnibus instituant, &c, in protegenda illa, bona, corpora, & ipsum, vrgente necessitate, sanguinem impendant. Similiter & ex Austria auspicata noua percipimus, & exinde eiusdem Prouinciæ categoricam resolutionem commodissime & indies expectamus. Ex quibus omnibus Inl. V. C. apud seipsam facillime colligere poterit, quur videlicet aliquot dumtaxat auxiliareis copiæ Silesiacæ vna cū nostris quibusdam, in tam communi caussa, sese in Austriam contulerint: nimirum ex DEFENSIONIS terminis, vbi persequendi hostem per legitima media concessum est, cumprimis vero quo melius punctum relligionis, turbulentissimo potissumum hocce tempore, sartum tectumque conseruaremus, non autem, vti sane pro suo lubitu aduersarii nostri, ad rauim vsque, Stentorea sua voce clamitant, vt direptionibus, latrociniis, incendiis, deuastationibus &c. omnia loca infesta redderemus. Rogamus igitur Inl. V. C. humillimo studio, vt, vna cum relliquis Dominis Principibus & Ordinibus in Silesia non solummodo commemorata istiusmodi Consilia rata habeat, verum etiam exequutionem & digressionē Dominorum Silesiorum cum militaribus nostris copiis in Austriam, tamquam diu exoptatum medium, ad vniuersalem omnium harum Prouinciarū coniunctionem existumet, & contra nostros aduersarios prudentissime propensissima clementissimaque adfectione defendat: alterius cuiusdam adulatoris sinistram relationem non audiat, sed tam bonum inchoatum opus Principali suo fauore, consilio, & adsistentia optuma forma clementissime promouere non dedignetur &c.

Cæsaris ad Bohemiæ Ordines epistola monitoria vltima.

Paulo post, litteris (quas hactenus ordine ex S. R. Imperii Actorum publicorū diuolgata nostra parte prima recensuimus, & singulas suæ cuique historiæ pro decenti more adaptauimus, hinc inde absque fructu commutatis,) Cæsarea S.M. vltima tandem vice, ad Bohemię Ordines scripsit, priora repetiit, &, vti quoque, & hactenus, in vnico suo proposito, immota perstitit, Bohemisque omnem istorum motuum caussam imputauit, quemadmodum ex sequentib. patebit: Matthias &c. Generosi, Strenui perfideles, dilecti &c. Vobis, procul omni dubio, notum manifestumque est, quatenus videlicet hactenus eo vnice adlaborauerimus, & nullis omnino sumptibus, curis, atque molestiis pepercerimus, quo melius

M. DC. IIXX. lius S. R. Imperium, aliaque nostra regna, atque Prouinciæ in salutari pace, tranquillitate, atque concordia sartæ, tectæque conseruari, & perfideles nostri dilecti in pristono flore, vigore, & prosperitate eo magis magisque indies florere, deque nostro Regio sceptro, amplius gaudere possent: quemadmodum etiam DEVS TER OPTVMVS MAXVMVS adeo fideli atque paternæ nostræ curæ benedixit, vt mox ab inchoato nostro Imperio, immo toto eiusdem tempore omnia feliciter & pacifice in nostris Regnis & Prouinciis peracta fuerint. Nam, vti vosmetipsi fateri necessum habebitis, tam vos, quam alii fideles nostri subiditi, ab omnibus hostilibus attentatis hactenus securi, liberi, & immuneis fuistis, atque diuina humanaque Iustitia suum cursum & progressum illibatum conseruauit. Quod autem nuperrime elapso tempore, in nostra ex Regno Bohemiæ absentia, contra omnem spem & expectationem nostram, & absque vlla à vobis data causa, antus motus & seditio exorta fiet, per quam regnum Bohemiæ, eiusdemue inquilini, ad inuincibile irrecuperabileque damnum & perniciem aliarum circumiacentiũ Prouinciarum redacti, atque adeo nosmetipsi ad incredibileis intolerabileisque ferme sumptus faciundos, aliasque molestias atque incommoditates sustinendas compulsi sumus: de eo sane ingens paternumque prorsus concepimus cordolium, ea omnia, pro iusto DEI TER OPTVMI MAXVMI iudicio, æstumamus, omnibusque istis inconuenientiis & enormibus excessibus lubentes sane obuiam ire conati sumus, quemadmodum etiam vos, per patenteis nostras litteras, sub Dato IIXX. Iunii, clementissime monuimus, vt nimirum conscriptas vestras militareis copias, nullo præsertim præsente hoste, iterum dimitteretis, plures maioresque vires minime adquireretis; & Prouincialium, vrgente necessitate, postulationem colleretis atque intermitteretis: hac clementissima nostra sententiâ addita, quod & nos vicissim nostrâ militis lectionem, quam tamen post vestram demũ instituimus, sacramento iterum absoluere, atque absque vlla vlteriori mora certas, auctoritate & existumatione graueis personas, tamquam mediatores, ad sublationem sinistri illius intellectus, constituere velimus: Item quod iis (qui nobis falso imputarunt ceu nos vestra Priuilegia, libertates, immunitates, Maiestatis litteras, atque Conuentuum Prouincialium M. DC. IIXX.

R Decre-

M.DC. IIXX.

Decreta & Compositiones infringere, labefactare, immo prorsus tollere conemur) nullam fidem adhibere, nec istiusmodi suspicionem vmquam de nobis cōcipere debeatis: idipsum quod patenteis nostræ litteræ Cæsareæ satis superque testantur. Verum enimuero quidam è vestro medio hancce paternam prorsus nostram curam floccipenderunt, & omnino repudiarunt, maiorem militum manum conscripserunt, & in ipso quasi puncto ciuitatem nostrā Buduisam obsidione cinxerunt: adeo vt postmodum, ad defensionem modo commemoratæ nostræ vrbis, & ne è Regno nostro Bohemiæ omnino excluderemur, etiam cum nostro exercitu progredi coacti fuerimus, nihilominus tamen, ob petitionem vestram, Electorum, Principum, aliorumque S. Rom. Imperii Ordinum, incorporatarum aliarumue Prouinciarum factas intercessiones, Serenissimos Dominos Electores, Palatinū Rheni, & Saxonem (quos ipsi proposuistis, illi quoque in petitionem vestram consenserunt) quēadmodum etiam Reuerendissimum, Inlustrissimumque Dominum Electorem Moguntinum, Serenissimum Dominum vtriusque Bauariæ Ducem, X. die Septembris, & post, iteratis etiam vicibus, tam litteris, quam Amplissimis internunciis & Legatis clementissime & peramice rogauimus, vt interpositionem, horum motuum ergo, in humeros suos deriuari, nobisque ipsorum resolutionem tramittere minime dedignaremur. Quod autem huc vsque dicta modo ista interpositio non inchoata fuerit, id nobis neutiquam imputandum est, sed multo potius ipsis Dominis Interponentibus, quorum aliqui, ob suscipiendam istam interpositionem, has & illas considerationes prætenderunt: alii personaliter comparere noluerunt, sed per Consiliarios suos dumtaxat, interpositioni isti interesse voluerunt: quæ omnia ad longiorem moram, reique procrastinationem tum temporis directa fuerunt.

M. DC. IIXX.

Nihilominus tamen hactenus minime cessauimus, sed Dominorum Interpositorum istorum considerationes & prætensiones clementissime refutauimus, eosdem clementissime denuo rogauimus, vt sæpius nunc commemoratam interpositionem, absque vlla prætensionum ambage, susciperent, de certo loco ac tempore inter se inuicem deliberarent, eamdemque quamprimum inchoarent: adeo vt continuatio & exequutio istius interpositionis

M. DC. IIXX.

tionis non amplius nobis, sed commemoratis illis Dominis Interponentibus, incumbat: nihil quoque nobis erit gratius acceptiusque, quam vt absque vlla vlteriori Procrastinatione toties nunc dicta commemorataq; interpositio ad exoptatum finem tamdem perducatur, cuius euentum nos quoq; magno sane cum desiderio clementissime præstolamur.

Postquam autem in litteris vestris, sub dato Pragæ XXVIII. Septembris, ad nos perscripseritis, ſſ, ob continuandam istam interpositionem, & defensionem contra hostilia attentata nostri exercitus, vobis cautelam assecurationemque præstare velimus, tum istiusmodi media sese ostensura essent, quo videlicet pacto armorum depositio, & directionis intermissio commode subsequi possent, queadmodum hanc vestram sententiam iis in litteris, quas per delegatos vestros ex Morauia ad nos tramisistis, eo latius, attamen cum aliquot conditionum appendice, explicastis. Ideo in binis istis clausulis Serenissimo Domino Electori Saxoniæ, (tamquam nobis viciniori, & qui mox ab initio sese huic intemperiei interponere categorice est pollicitus) qui vos assecuraret, vt videlicet Cæsareis nostris verbis fidem haberetis, per delegatos nostros clementissime camdem illam interpositionem iniunximus, &c, ad rei commodiorem promotionem, atque lucrationem temporis, æquas istas conditiones, quæ mox ab initio nostri consensus interpositioni adnexæ fuerunt, etiam seposita ad partem nostra reputatione atque auctoritate Cæsarea, Serenissimæ ipsius Celsitudini omnino committimus. Nihilominus tamen interea (licet ex nostro Cæsareo responso tractationem de interpositione ista neutiquam ignoraueritis) multas sane peregrinas militareis copias in Prouincias introduxistis, ciuitatem Pilsensem obsidione cingi curastis, & salutaribus monitis Serenissimorum; Electoris Saxoniæ, & Bauariæ Ducis, tamquam Interpositorum (qui, ab obsidenda vrbe ista, vos per litteras suas clementissime dehortati sunt) minime obtemperastis, sed maiorem militum numerum & munitionem ad vlteriorem istius nostræ vrbis obsidionem misistis, in Archiducatum nostrum Austriacum hostilem impressionem fecistis, Zwethelam, aliaq; loca vi vobis subiugastis, multis fictis, in arenoso solo fundatis, probatio-

M.DC. IIXX. nibus nostra regna & Prouincias contra nos irritare conati estis, multas, dulcissimæ paci neutiquã inseruientes, res (quas heic, quum per sese omnibus & singulis ferme haud sient incognitæ, sicco pede lubentes sane præterimus) in humeros vestros suscepistis, iisdemue de causis nos magis magisque commouistis atq; perturbastis. Vt vero totiterrarum orbi Meridana luce clarius testatum faciamus, nos, ad impetrationem suauissimæ pacis, nullam lenitatem & bonitatem vmquam intermisisse: (neutiquam enim induci possumus vt credamus istiusmodi attentata omuium vestrũ consensu facta esse) iccirco, ad Serenissimi Electoris insignem intercessionem, & beniuolentissimum saluberrimumque consilium, vt omne illud, quod modo ad recuperandam pacem conducibile, eo commodius peragatur, & exoptatum finem sortiatur, ad inducias, armorumq; suspensionem, ad certum definitumque tempus, hæc omnia Sereniss. ipsius Celsitud. committentes, consensum nostrum clementissimum præbuimus: quemadmodum etiam obsequentissimi Ordines Marchionatus Morauiæ, atque Principes & Ordines in Silesia, illudipsum humillimo obsequẽtissimoque studio à nobis petierunt, &, tam huius, quam aliarum etiam ad procurandam pacem facientium rerum caussa, Generosum, perfidelem nostrum dilectum, Adamum Wallensteinium, ad Sereniss. ipsius Cel. ablegauimus, Illudipsum quoq; insuper re ipsoque facto demonstrabimus, nobis, dum culpamur quasi Ordinum Priuilegia Maiestatis litteras &c. infringere, labefactare, atque adeo prorsus tollere conati fuerimus, summam coram DEO TER OPTVMO MAXVMO, atque VNIVERSO MVNDO, fieri iniuriam. Quocirca extra omnem dubii aleam ponimus (modo si pacem amplectimini) vos nunc oculos vestros aperturos, magnam clementissimamque nostram adfectionem, quam semper hactenus erga vos habuimus, & etiamnum hodie habemus, innumera beneficia vobis maiori ex parte à nobis, nostris Dominis Antecessoribus, Romanorum Imperatoribus & Bohemiæ Regibus laudatissimæ nostræ domus Austriacæ exhibita prestita vestra iuramenta & debita obsequia, intolerabileis adtidhac numquam auditas contributiones & exactiones miseri innocentisque viri, cuius lamenta & suspiria etiam per nubes in cœlum vsque penetrant, maledictionem Dei & vniuersi mundi, incui-

M. DC. IIXX.

ineuitabilem pœnã vindictamq; diuinam probe consideraturos, & tamdem omnibus iis, quæ nobis à Serenifs. ipf. Celf. Duce atque Electore Saxoniæ nostro nomine significabuntur, humillime morem gessuros, & nullum lapidem non moturos, quo deniq; omnia grauissima grauamina, tam in Regno Bohemiæ, quã in aliis quoq; prouinciis tollantur, & tam diu exoptata pax tamdem aliquando iterum reducatur. Sin vero, contra omnem spem & expectationem nostram, hancce nostrã clementiam atque paternam lenitatem minime agnoueritis, sed multo potius contra diuina præcepta, omneisque Christianas consuetudines, iura, atque S. Rom. Imperii Constitutiones vosmet nobis, tamquam legitimo vestro Domino, obposueritis, vosmet ipsos aliasque prouincias in extremam pniciem præcipitaueritis, ad maiorem innocentissimi sanguinis profusionem, latrocinia, & subpressionem miseræ plebeculæ, vlteriorem ansam occasionemque præbueritis: nos tum cumprimis DEO TER OPTVMO MAXVMO confidimus, quod is, tamquã fortis Deus Zebaoth, omnium Magistratuum Protector, & iustus iudex omnium mortalium, nobis suppetias auxiliumq; clementissime laturus fiet: nos vero, ad extrema media arripienda, quæ tamen hactenus ad maiora damna detrimentaue præcauenda, summo studio, compellimur: Denuo tamen coram DEO TER OPTVMO MAXVMO, atque VNIVERSO MVNDO, testamur, quod nostris salutaribus monitis, quæ ad pacificationem nostræ salutis requirebantur, nulla præstita fuerit obedientia: quodque prouinciarum pernicies & interitus nullo iuris saluo titulo à quoquam nobis imputari queat, &c.

Neobusiũ à Boucquoio frustra tentatum. Paullo ante Boucquoius, vna cum suæ fidei concreditis militaribus copiis, ad Neohusium contendit, &, occupato suburbio, loco & nomine Cæsareæ suæ Maiest. vrbem sibi dedi postulauit. Præsidiarii vero, circa III. signa in vrbe distributi, Comitem non dumtaxat nulla responsione dignati sunt, verum etiam eumdem crebris tormentorum displosionibus ita excipiendo infestarunt, vt miles Cæsareanus partim in suburbiis, partim autem in aperto campo tum temporis pernoctare necessum habuerit. Etiamsi vero aliquot belli Duces Boucquoio suasissent, vt summo mane tam ipsam vrbem quam arcem violenter occuparet, nihilominus tamẽ, cognita virium suarum imbecillitate, quodque potentiorem hostem eo tempore sustinere mini-

M. DC. IIXX. me posset, versus Buduisam iter deflectit, tormẽtis in tam pluuiosa tempestate ægre ac magna sane cum molestia secum aduectis: Postquam autem Camnitzium, ditionis domini Schwanbergi, duobus à Buduisa milliaribus itum oppidulum, peruenisset, militem & equos suppellectilẽ tormentariam trahentes, quiescere, at infirmos aliquot pontes reparare iussit.

Boucquoi⁹, amisso in prælio Griechingensi, Buduisam fugere coactus.

Postquã autem modo dictum domini Schwanbergi oppidulũ transiisset, exercitus Bohemicus, ad XIV. armatorum equitum peditumque M. sese extendens, Cæsareanos insequutus est, ac primo quidem cũ Don Balthasaris compagniis, circa IIX. & IX. horam matutinam, pugnare cœpit. Nec Boucquoius, in tantis angustiis, interea sibi defuit, sed pro virili ad contrariam defensionem sese præparauit, in quo sane Rudolfus Baro Tieffenbachicus, Griechingensis, Comes Colalto, Staudeterus, aliique præstantes belli Duces, ipsi (Boucquoio) egregiam operam præstarunt: imprimis vero Boucquoius pontem, quẽ Bohemi tum temporis occupare nitebantur, cum CCC. sclopetariis militibus obtinuit, quem tamen illo ipso tempore, ne videlicet Bohemi illinc tormẽta sua transportarent: iterum deiecit, suosque, in acie cõsistentes, hostilem impressionem præstolari iussit. Cum autem Cæsareani syluam peragrare necessum haberent, eapropter Boucquoius ad ingressum syluæ istius CC. milites sclopetarios locauit, qui Bohemos crebris sclopetorum suorum displosionibus tamdiu remorati sunt donec Cæsareani ex ista Sylua in apertũ planumq; campum sese contulissent: quo facto V. horis integris vtrimq; fortiter pugnatum est, præliumq; nox diremit, ac tamdẽ Boucquoi⁹ Buduisam versus sese cum suis recipere necessum habuit. In eo cõflictu, penes alios, Griechingensis, qui tertia etiã vice, & quidem inermis, mascule hostem cum sclopetariis suis militibus adortus est, ictu sclopeti transfixus occubuit: quod autem vtrimq; ceciderint & vulnerati fuerint, incertum, hoc tamen certum Bohemos, vtpote viribus hoste longe potentiores, victores CC. victos Pragam versus misisse, qui postmodum eorumdem (Bohemorum) signa & stipendia sequuti sunt.

Pilsa per Mansfeldium obsidione cincta, & tãdem occupata, descriptio.

De Pilsæ obsidione, per Mansfeldium facta, supra diximus. Etiamsi vero Pilsenses per Bohemiæ Directores, vt nimirũ ab hostilib⁹ suis attẽtatis desisterent, & deditionẽ vrbis suæ facerent, hactenus & literis & internunciis nõ vnã dũtaxat vice admoniti fuerint, nihilo-

M. DC. IIXX.

nihilominus tamen dicto minime audientes ad tolerandã obsidionem vlteriorẽ sese fortiter & masculè adcinxerunt: eapropter Ordines, ne nihil omnino intentatũ relinquerent, ad præcauendam multi innocentissimi sanguinis ꝓfusionem, & faciundam compositionem siue transactionẽ, Comiti sequentes ꝑsonas, tamquã Commissarios, nempe Generosos Dominos, dominũ Henricũ Burya, & dominũ Henricum Laurentium, fratres germanos, Comitem Guttensteinium, in Rissenberg, Kaut, Hostaun, & Swrznic, Nobilissimos, Strenuos, & Amplissimos Dn. Iodocum Adamum Schirtingerũ, in Kutteplan, &c. Dn. Christoferum Widerspergerum, in inferiori Camnitzio, Dn. Vlricum Bechyne à Lazano, in Tuschinzig, Dn. Henricum Czerninum Chudienitziũ in Schwihof, Dn. Emfridũ Berbisdorffium Capitaneũ, & Dn. Ioannem Gezberam à Koliwehorii cũ sequenti instructione adiunxerunt, vt videlicet cum Dominis belli Ducibus, & Domino Georgio Ebenbergero supremo Locumtenente, ciuibus & inquilinis ciuitatis Pilsensis, tam Ecclesiasticis, q̃ Secularibus, quemadmodum etiam ipsorum Duci bellico Felici Dornhano Rætzensi Austriaco, eiusdemque fideicommissis officialibus & militib⁹ peramice imminens periculum in animum reuocarent, eapropter, ne seipsos & vrbem pessumdare malint, sese sequentibus potissimum conditionibus dedere non amplius, vti hactenus, pertinaciter obluctarentur.

Ordinum Bohem. Pilsensibus propositi articuli.

I. Ciueis & inquilini ciuitatis Pilsensis, vtriusq; sexus & ætatis, tam omneis ii, qui suæ suorumq; securitatis ergo in vrbem cõfugissent, tam Ecclesiastici, quam Seculares, neq; in honoribus multo minus in corporibus violenter lædantur.

II. Felix Dornhanus, Dux ipsorum bellicus, vna cũ suis officialibus ac militibus cum supe: inferioriq; armatura, bonis, attamẽ implicatis vexillis extinctisq; funalibus, ita hinc discedat, vt absq; vlla mora ex hocce Regno in Bãbergense territoriũ sese conferat: sin vero, vna cum suæ fidei cõcreditis copiis militaribus, Ordinibus inseruire volet, tunc simile ceu cæteris quoq; Bohemorũ Capitaneis stipendiũ ipsi numeretur.

III. Pilsenses Comiti Mansfeldio, pro mense factæ impressionis, ad ꝑsoluenda officialibus atq; militibus suis stipendia, partim ad recuperandos ab ipso impensos sumptus bellicos, LX. florenorum M. Rhenanæ numeratæ pecuniæ, vel per alia Comiti accepta idoneaque media persoluant. &c.

Vlti-

M. DC. IIXX.

Vltimo iidem illi Pilſenſes, tam ad Dominorum Ordinum, quam ſui ipſius ſecuritatem & defenſionem, NON VERO AD VLLAM OFFENSIONEM, II. peditum Mansfeldicorum ſigna loco præſidii acceptare teneantur, qui, quemadmodum & ipſorum Duces atque officiales, ita ſub militari diſciplina coerceantur, vt non dumtaxat ipſis exhibita annona perſolui, verum etiam de illis ipſis nulla quærela inſtitui debeat. Sin itaq; Pilſenſes, vna cum ipſorum Capitaneo, præſcriptos cõmemoratosq; modo articulos ipſo facto præſtabunt, tum pariter & Comes non tam ſuas, quam prouinciales, iſtiuſque Circuli militareis copias ipſo etiã momento iterum ex vrbe & vniuerſo iſto circulo deducet, neque impoſterum ciueis & inquilinos vllo modo, vel tormẽtorum diſploſionibus, hoſtilibus incurſionibus, direptionibus, aliiſque modis infeſtabit, ſed multo potius vrbs, vna cum omnibus ſuis fortunis in: & extra vrbem in pace & quiete impoſterum rellinquetur. Cum vero obſeſſi in neutrum horum conſentire vellent, ſed pertinaciter in priori ſuo propoſito perſeuerarent, eapropter vrbs ſummis viribus ab hoſte oppugnari cœpta eſt. Quæ, poſtquã aliquoties hoſtilem impetũ fortiter atq; maſcule ſuſtinuiſſet, tandem M. Nouembri in Mansfeldi poteſtatem peruenit.

M. DC. IIXX.

Occupata, poſt acerrimos aliquot vtrimque commiſſos conflictus, vrbe, milites Pilſenſes præſidiarii, in foro armati ſtantes, Victoris ſententiã præſtolari illiſque nõ, vti ciuibus, (de quo ſane non immerito ſibi gratulari, & tantam Mansfeldi gratiam atq; clementiam prædicare poterunt) armá adempta ſunt. Cumque etiã conſcriptorum iſtorũ præſidiariorum militum ſignifer vexillum ſuum decenti more Victori obtuliſſet, eumdemque tamen ſimul, vt nimirum illud ſibi, ob militum ſuorum conſtantiam & probatam in obſidione iſta, fortitudinem, retinere liceret, obſequioſiſſimo ſtudio rogaſſet, illud haud ægre à Mansfeldio obtinuit, etiãſi multi ex obſeſſis, toto iſto obſidionis tempore, venenatis globis vſi, & tantam gratiam minime promeriti fuiſſent. Iccirco circa CCCC. viri, inter quos CL. prouinciales quoque fuerunt, implicatis vexillis, ſclopetis inuerſis, abſque ardentibus funalibus, & tubarum clangoribus, attamen cum impedimentis ſuis ex vrbe per ſupremũ vigilum præfectum alioſque Capitaneos deducti ſunt, exceptis agricolis, quos in vrbis portis diſarmarunt, &, albis bacillis in manibus geſtantes, ad ſuos ſeſe reci-

pere

M. DC. IIXX.

pere iusserunt. Cæteri præsidiarii milites, qui iussu Cæsareæ Maiestatis à Magistratu vrbis conscripti erant, ante portas Sacramento militari à Primate siue Consule iterum absoluti sunt, quorum tamen plurimi operam suam Mansfeldio addixerunt, paucis exceptis, qui signifireum, de retento suo vexillo, quasi de opima quadam præda, summopere exultantem, deducendo comitati sunt, cæteris, in vrbe, certis de caussis, remanere coactis, Mansfeldiana stipendia itidem sequentibus.

Carnificis Pilsensis & cuiusdam rustici facinus.

Inter alia in bello minus consueta facinora nō sane minimum fuisse constat, quod Pilsensium carnifex, vna cum fugitiuo quodam rustico, quorum ille in vincula coniectus fuerat, hic autem ad tutiora sese receperat, singulis diebus, tribus vicibus, beneficio procul omni dubio Nigromantiæ, in transeuntes sclopeta sua displodere & petere potuerint: eapropter carnifex, qui è latrina, vnde facinus non animaduerti potuit, artificium istud suum exercuerat, paullo post in nouā quamdam erectam crucem suspensus, & Pilsensium vetus patibulum (ꝙ Ziskæ culinam nuncupabant, eo quod isto in loco ipsos olim obsidione Ziska cinxerat, & vetusti⁹, quam Euangelicorū relligionem, esse etiam inter obsidionem extra

Ziskæ culina.

vrbem gloriari solebant) iterum remotum est.

In occupatione istius vrbis cūprimis Mansfeldi, tamquam summi belli Ducis, imperium, & tam ipsorū Capitaneorum, quam gregariorum etiā militum obsequiū laudandum & prædicandum est: nulli siquidem domui, (exceptis noctu in obsidione ista transfossis ædibus & rebus in iisdem repertis) multo minus homini, siue Ecclesiastico, siue seculari etiam minima facta iniuria, nec militibus sibi ipsis hospitia pro arbitrio suo sumere licuit. Ex vrbe tamen nemo mortaliū, vsque ad vlteriora dominorum Directorum mandata, dimissus fuit, etiamsi nudipedes siue Franciscani monachi instanter Mansfeldium rogarint, vt bona ipsius venia sibi in Bauariam emigrare liceret, verum pro tempore nihil obtinuerunt, omnis siquidem gratia & clementia ipsis fuit pollicita.

Decimo quinto, &, stylo Gregoriano, xxv. d. Nouembris in summo vrbis, D. Barptolomæo sacro, templo à Victore Mansfeldia, circuli Dominis Commissariis, & supremo Domino Locumtenente, quemadmodum & aliis belli Ducibus atque Officialibus pro insigni isti victoria grates peractæ sunt. Subsequente autem die Mercurii Comes in eodem templo

S plo

M. DC. IIXX.

plo concionari, & S. Cœnam administrari iussit, non quidem eo fine vt hoc modo vrbis liberum Religionis exercitium SVB VNA tolleret, vel aliud quidquam sibi præsumeret, sed multo potius, vt suam, ob impetratam victoriam, gratitudinem publice contestaretur, quemadmodum etiam mox postridie sacerdotes Romano-Catholici consuetas suas Missas in distinctis aliquot altarib⁹, quorum vltra xxx. in prænominato isto D. Barptolomæi templo conspiciuntur, rite peregerunt, nec prophanationem loci curarunt, in eodem siquidem suggestu quo pridie pastor Euangelicus, prælatus postmodum suam ad populum concionem habuit.

Finita concione Euangelica Mansfeldius, vna cum suis officialibus in hospitium suum, in quo Rudolphus II. Romanorum Imperator laudatissimæ memoriæ gloriosissimus, tempore pestis ante XXI. annos aliquandiu commoratus fuerat, sese recepit, vbi simul, publicæ exultationis caussa, omnia tormenta in vrbis propugnaculis displosa, omneis campanæ pulsatæ, & tribus vicibus à IX. cohortibus militaribus sclopeta exonerata sunt. Quo facto Mansfeldius omneis tũ temporis præsentes Proceres, & iuxta illos etiam vrbis Primatem atque Senatores aliquot, lautissimo opiparoque conuiuio excepit.

M. DC. IIXX.

Ian-Gebhardus Schenck in Pilsæ militari more honorifice sepultus.

Circa diei istius vesperam Nobilissimus, Strenuus, & magnanimus ille Ian-Gebhardus Schenck à Schweinsberg, Capitanei Crusii signifer, qui in ipso oppugnationis impetu per ventrẽ ictu sclopeti petitus postridie fortiter occubuit, militari de more tympanis personantibus, in præsentia Mansfeldii, belli Ducum, aliorumq; officialium, ad D. Barptolomæum sepultus est. Peracta autem concione funebri Mansfeldius primã terræ glebam super defuncti signiferi cadauer proiecit, quem deinceps & cæteri Capitanei atq; Officiales quoque idem faciundo sequuti sunt: alias tamen nullus signifer toto isto obsidionis tempore expirauit, nisi quod strenuus Ian-Christoferus ab Eyp, Capitanei Heydeni signifer, octiduo ante factã expugnationem, in Transcheio, non procul à Franciscanorum cœnobio, per caput ictu sclopeti ab alto quodam tecto petitus fuerit. Postridie Mansfeldius, postquam VII. equitũ peditumq; cohortes, quibus Ian-Georgius, Solmensis Comes præerat, præsidii loco in vrbe relliquisset, cum cæteris suis militaribus castris ad Bohemorum castra profectus est.

Hæc autem Pilsensis ciuitas in bello

M. DC. IIXX.

Prisca Priscorũ Pilsensiũ fortitudo.

bello Hussitico sese hosti fortiter & mascule obposuit, præsertim ANNO CHRISTI M. CCCC. XXXIII. quo IX. menses integros & XXXIII. dies obsessa fuit. Postquam vero illo ipso tempore hostem è mœnibus suis depulisset, camelumq; ipsi ademptum in vrbem suam introduxisset, eapropter Imperator Sigismundus, vt trophæi loco illius insignia Camelo exornarentur, clementissime concessit, quemadmodum etiam iidem Pilsenses eamdem Cameli formam, perpetuæ rei feliciter gestæ memoriæ ergo, in toties nunc dicto Barptolomæi templo depingi curarunt: in cuius supra sacrarium pendente tabula sequentia verba aliquanto clarius lecta atq; conspecta sunt:

Camelus Pilsensium trophæum.

Vetus Pilsense monimentũ.

SVB ANNO A NATIVITATE DOMINI, M. CCCC. XXXIII. Idus Iulias, hæc Pilzna à crudelissimis Hussitis, Wicklefistis ac Thaboritis, vltra bimestre tempus, grauissimam sustinuit obsidionem, quorum exercitu quadrifariam posito, ac ex omni parte oppugnante, alacri virtute manuque potenter resistente ciuitate, illos spe potiundæ ciuitatis quam strenue frustrata est. Sequenti Anno, Idus Maias, quæ fuit dies crastina S. Stanislai, Deus Omnipotens, Cõstantia pro Relligione facta, benignissima clementia hostes impiós, cum maxima ignominia, à nobis fugare dignatus est. Postquam execrabilem vrbis huius afflictionem Patres nostri depulsis hostibus plurimum consolati, ad maximũ virtutis specimen nobis ac posteritati viã præbuerunt, virtuteque sua adepti, vt ciuitas nostra insigniis istis, pro stemmate, vteretur.

M. DC. IIXX.

Et hoc modo Pilsa in Ordinum Directorumue Bohemiæ potestatem peruenit. Quocirca ciues & inquilini sequenti iuramento sese tum temporis obligare necessum habuerunt. Postquã nos, absque vlla nobis data caussa, ab Euangelicis dominis Ordinibus huius Regni Bohemiæ SVB VTRAQVE segregauerimus, & in hancce Pilsensem ciuitatem incluserimus, atque tamdem, ob inconuenientia nostra attentata, ad ipsam nostræ ciuitatis obsidionem ansam occasionemque præbuerimus, vt illa, ex singulari DEI TER OPTVMI MA-

Iuramentũ Pilsensium Bohemiæ Ordinibus præstitum.

M. DC. IIXX.

Maxvmi decreto atque permissione, occupata fuerit, ac ita nosmet nunc in manu atq; potestate dominorum Ordinū simus, & imposterum, Deo volente, permaneamus, ita iuramus quoq; ad Devm Ter. Opt. Maxvmvm, quod nunc & imposterum, in omnibus occurrentibus negotiis, dominos Ordines svb vtraqve atque, eorumdem loco, dominos Directores & prouinciales Consiliarios (quemadmodum & aliæ Regiæ vrbes in Bohemia hocce tempore idem fecere) respicere, interim vero, vsque ad aliam dominorum Ordinum svb vtraqve cōstitutionem, nosmet iuxta Generosum Dominum, Dominum Ernestum Comitem Mansfeldium, nobilem Heldrungi dominum, Electorum principumq; confœderatorum vnitorumque, quemadmodū & Serenissimi Ducis Sabaudiæ supremum belli Ducem, laudatissimorumque dominorum III. Ordinum Bohemiæ summum rei tormentariæ præfectum &c. vel alios, quoscunque nobis modo iam dictus dominus Comes pręposuerit (ad militarem disciplinam, vrbisque custodiam quantum quidem attinet) dirigere, eumdem vel eiusdem Officiales, cumprimis & ante omnia autem dominos Ordines svb vtraqve, Directores, & prouinciales Consiliarios colere, obsequiose nosmet erga eosdem gerere, iisdemque omneis contributiones & impositiones promptissime & absque vlla mora persoluere, atque denique omne illud præstare & debeamus & velimus, quod ad pacis conseruationem fidelissimis patriæ inquilinis facere incumbit. Ita nos iuuet Devs Pater, Filivs & Spiritvs Sanctvs, SS. Dei Trinitas, Amen.

M. DC. IIXX.

Maximiliani Archiducis Austriæ, &c. obitus.

Interea Serenissimus, Inlustrissimusque Princeps ac Dominus, Dominus Maximilianvs, Archidux Austriæ Ordinisque Teutonici Magister &c. Prudentissimus, quietus, atq; pacificus Princeps, cælebs, ætatis suæ LX. postquam ardētissima febri correptus paucis dumtaxat sese diebus lecto continuisset, placidissime in redemptore suo vnico Domino & Seruatore nostro Iesu Christo obdormiuit, quo tam pacifici principis obitu intellecto non dumtaxat ipsa sua Cæsarea M. verum etiam eiusdem Cæsarea coniunx, quæ itidem tum temporis morbo correpta decumbebat, vehementer consternata, immo apud omneis, tam Euangelicos, quam Romano-Catholicos Ordines, tristis istius nuncii caussa, ingens luctus exortus est. Intestina serenissimi illius principis, corpore,

pro-

M. DC. IIXX.

pro decenti vsitatoque apud Magnates more, prius exenterato, & dein' variis aromatum generibus cōdito, in D. Stephani templum, ad Domini ipsius parentis, felicissimæ gloriosissimæmaque recordationis Romanorum, Imperatoris Domini MAXIMILIANI II. ossa sepulta sunt, corpus vero nigro habitu indutum, & pallio alba Teutonici Ordinis cruce intertexto circumuolutum Oeniponti honorificentissime sepultum est.

Ingens Cometa in vniuersa Germania conspectus.

Paulo ante tanti laudatissimi Principis mortem, durantibus etiamnum periculosissimis perniciosissimisque illis motibus Bohemicis, à IX. Nouembr. vsque ad XXIV. ingens cometa caudatus versus Orientem conspectus est: & primo quidem aere sereno in Scorpione apparuit, & caudam suam inter spicam, virginem & Arcturum, versus Septentrionem extendit: postmodum in signum libræ progressus, & cursum suum ab Ecliptica ad Tropicum Cancri direxit, nempe ab Oriente ad Septentionem, vbi quidem ardentibus suis radiis vniuersum Boοtem perstrinxit, eumdemque ad inferiorem pedem magni vrsi situm temporis, extēdit. Etiamsi vero Deo omnipotenti, luminis huius incensori, eiusdem origo, caussę significatio & operatio soli nota fiet, nihilominus tamē quiuis sanæ mentis facillime colligere poterit, cœlestem istam facem in mundi adhortationem DEO TER OPTVMO MAXVMO incensam esse, & magni quiddam præ se ferre: de quo sane aliquot artis Mathematicæ peritissimi Doctores, Magistri, & Philosophi exactissima sua iudicia in commune contulerunt, typisque publicis ediderunt, ad quæ lectorem eius rei cupidum ablegatum volumus.

M. DC. IIXX.

Schlickius à Cæsareanis opimā pradam reportat.

Circa finem Mensis huius Nouembris, die nimirum XXV. Comes Schlickius, IV. Bohemo-Silesiacorum equitum peditumq; M. comitatus, duobus à Zvvethela milliarib. XLII currus spoliis Bohemicis onustos, LXX. thalerorum M, atque circa mille pecudes forte fortuna offendit, & comitatu partim trucidato, partim capto, opima sanæ præda potitus est. Postquam etiam percepisset aliquot Cæsareanos belli Duces itidem ditissimam prędam certo militum numero comitatā Zvvethelā tramisisse, eapropter XXIX. die huius mensis noctu illuc profectus, petardis supe: inferioremq; vrbis portam violenter aperuit, absque singulari damno (nisi quod Caplierus Capitaneus ex alto è fenestra vna cum quatuor militibus bombardis necati,

M. DC. IIXX.

cati, & sex alii grauiter vulnerati fuerint) vrbem ingressus quoscunque obuios sibique resistentes mactauit, atque ita prædam istam adeptus est. Postquam etiam inibi percepisset ingentia spolia in vrbis monasterio occultari, iccirco eadem ab Abbate repetiit: pernegante vero Abbate sibi ne de tantillo quidem prædæ cõstare, simulque omneis sese monasterii sui foreis reserare paratum affirmante, Comes, missis L. in monasterium præsidiariis sclopetariis, Abbati aere alias locupletissimo direptionib. pepercit. Cumque eidem isti Abbati, paulo post Viennam profecto, obiiceretur, quod, vna cum vicinis, nimirum Bohemis indulsisset, neque iisdem sese opposuisset, excusando sese respondit, nullam aliam iis in locis protectionem sibi polliceri potuisse, eapropter, præsertim quum sibi suisque tum temporis nulla illata fuerit iniuria, victualia pro pretio aduehere coactum fuisse. Idem ille Abbas, postmodum monasterium suum Schlickio per litteras ex Vienna serio commendasset, inter alia mentionem fecit, sese à Cæsarea Maiest. edoctum, quod videlicet incendia in Bohemia per edicta Cæsarea seuere admodum inhibere velit, cuius rei gratia eamdem suam Cæs. Maiestatem Boucquoio ista incendia sub capitis pœna interdixisse.

M. DC. IIXX.

Hohenfurtum, Weythradum, aliaq; monasteria à Schlickio & Comite à Thurn occupata.

Occupata hunc, quem diximus, in modum Zwethela, vrbeque ac simul monasterio certo equitum peditumque præsidio firmatis, idem ille Schlickius, vna cum Comite à Thurn, qui vires suas cum illo coniunxit, Hohenfurtum, Weythradum, aliaque monasteria & loca occupauit, iisdemque præsidia imposuit. Porro quoque Bohemi Ledetschiæ XL. pulueris tormentarii centenarios, duo pilis sclopetariis referta dolia, XII. cistas saccis puluere tormentario & minoribus pilis onustas, CC. pilas ignitas, & duo tormenta, vna cum XXX. funalium centenariis, quę omnia Buduisam deducenda erant, interceperunt, & Comites miserabiliter mactarunt. Hostilibus itaque Bohemorum attentatis, hinc inde perceptis, Viennenses longum pontem refecerunt, propugnaculo & nouo imposito præsidio denuo firmarunt, Cæsareani in Teutschenbroda vero, de Bohemorum aduentu & hostilibus aduersus sese molitionibus itidem certiores redditi, absque vlla mora, relictis hosti laribus, per montana in Austriam sese recipere conantes, plurimi in itinere præ nimio frigore perierunt.

Mense Decembri, & quidem die

M. DC. IIXX.

Wallensteini Bohemiæ Directoribus, Cæsarea Maiest. nomine, facta propositio.

die eiusdem X. Dominus Wallensteinius Vienna, litteris & instructione Pragam peruenit, & exinde Dresdam versus, ad Serenissimum Dominum Electorem Saxoniæ digressus est. Inter alia autem tum temporis, loco & nomine Cæsareæ S. Maiestatis, Bohemiæ Directoribus, ad præcauendam vlteriorem innocentissimi sanguinis profusionem, sequẽtes articulos proposuit.

I. Arma deponerent, erga Cęsaream Maiest. tamquam Regem, Dominum, atque parentem ipsorum clementissimum, sese, pro decenti more, obsequiosos atque fideles exhiberent, & tum preces postulataque ipsorum apud Cæsaream Maiest. locum repertura.

II. An non forsitan interea nihilominus duorum mensium induciæ fieri queant.

III. Regia sua dignitas Regem Ferdinandum rogaret, vt apud Cæsaream S. M. pro se intercederet, sibique suisque clementiam atque condonationem hoc modo impetraret, id quod Rex ipsi minime denegaturus esset. &

IV. Dominum Panzanum & Dominum Willingum captiuos, pro D. Iessenio itidem capto, liberos dimitterent: id ni facerent, Cæsaream suam Maiest. tum tantis viribus ipsos propediem debellatura esset, quibus ægerrime resistere poterint. Ad quæ Bohemię Directores breuiter responderunt: Deliberandum sibi hac de re esse cum omnibus Ordinibus Prouincialibus, Silesiis, aliisque Confœderatis, interea tamen nihilominus sese fidos obsequiosque Cæsareæ suæ Maiestais subditos profiterentur, exoptatamq; iam diu pacem à DEO TER OPTVMO MAXVMO instanter precarentur, attamen, absque Confœderatorum suorum consensu, pro tempore in propositionem istam Cæsaream assensum suum minime præbere posse, captiuos tamen istos pro D. Iessenii liberatione sese iterum dimissuros esse.

M. DC. IIXX.

Iunioris Comitis à Thurn cũ Hardeccia na Comitissa Connubialia.

Circa idem hocce tempus iunior Comes à Thurn, aliquot Comitibus, Dominis, & Capitaneis præsentibus, cum Comitis Hardecci filia Neohusii connubiale fœdus peregit, qui sponsam suam ex quadam arce, V. milliaribus à Vienna sita, & ad sponsæ Dominum parentem, Hardeccæ Comitem, spectante, violenter abstulit, quod nymphæ modo commemoratus Dominus parens Comiti, cuius parens ipsiusque complices à Cæsarea Maiestate tamquã rebelles proscripti essent,

M. DC. IIXX. essent, sponsam sponso illinc detinuisset. Parũ autem abfuit quod Tampirius sponsum in itinere nõ intercepisset, ipsius tamen signifer Dominus Steinbachius, longiorem moram nectens, tum temporis ab eodem Tampirio captus est: quo facto, collectis circa Cremsam III. militum M. Bohemorum incursiones pro virili anteuerit.

Cæsaris Ordinibus Austriæ facta propositio. Dum vero Bohemi interea minime cessarent, eapropter Superioris Austriæ Ordines, ad præcauendos maiores motus, adq; sui suorumque meliorem adsecurationem, probe Danubium firmũ quoddam propugnaculum extruxerunt. Serenissimo autẽ Duce Bauariæ & episcopatu Patauiensi id Ordinum Austriacorum factum indigne ferentibus, Cæsarea sua Maiest. per supremum eius Marescallum iisdem Ordinibus sequentem informationem insinuari curauit:

I. Ordines circa Danubium ab ipsis extructum propugnaculum iterum demolirentur, nec eundem fluuium hoc modo intercluderent.

II. Incisos aditus in libera sylua versus Bohemiam iterum aperirent, vt ita Boucquoio cum militaribus suis copiis in istam prouinciam pateret refugium.

III. Cum Boucquoio bonam Correspondentiam alerent, suasque vireis cum eodem coniungerent.

IV. Merces hybernales Cæsareano militi & simul munitionem communicarent.

M. DC. IIXX. *Ordinum ad postulata Cæsaris responsio.* Ad hæc Cæsareæ Maiestatis Postulata Laudabiles isti Austriaci Ordines, sese humillimime excusantes, sequentẽ ferme in modum responderunt:

I. Propugnaculum prope Danubium in immediato fundo Austriaco ad nullius hominis offensionem, sed solummodo ad Prouinciç necessariam defensionem, denuo extructum, & antidhac similiter in vsu fuisse.

II. Incisam syluam iterum aperiẽdam neutiquam necessum esse, quum Bohemorum militareis copiæ in finibus commorentur, Boucquoius vero cum suis post Bohemos inprocinctu stet: adeo vt Cęsarea S. M. pro tempore syluæ istius apertionẽ nondum suadere vel proponere possit, sed multo potius Bohemi citius rebus suis prospecturi, atque tamdem in Prouinciam irruptionem facturi essent, qui tamẽ deinceps non ita facile iterum repelli possent.

III. Correspondentiam cum Boucquoio periculosam esse: etiamsi enim ad id faciundũ prompti paratique sient, nihilominus cum metuant istiusmodi litteras

ad

M. DC. XIX.

ad Bohemorum manus peruenturas, quo facto rebus suis magis magisque melius consulere, & ad explorandum Prouinciæ statum exinde meliorem occasionem sumere possent: iccirco paucas suas conscriptas militareis copias turbulento potissimum hocce tempore penes sese retinere, &, vrgente necessitate, plureis adhuc conscribere velle: idque nunc eo magis, quum agricolæ exasperati sient, &, ob eorumdem metuendam seditionẽ, suiipsius suorumque defensio requiratur.

IV. Petitas hyemales merces sese lubentes ad limites transferri curaturos, quas tamen Boucquoius suo periculo exinde aueheret.

Romanorum Imperatricis & obitus.

Annun. & simul vitam ipsam conclusit Serenissima Romanorum Imperatrix, Hungariæ Bohemiæque coronata Regina & Domina, Domina, ANNA, quæ Viennæ, circa IX. & X. antemeridianas, pie in Christo obdormiuit. Postridie exenterato cadauere intestina in Cupreo aheno, cor autem in argenteo inaurato poculo in Reginarum cœnobio sepultum est. Cadauer quoque nigro vestitu indutum, vtrimque positis Imperii insigniis, ab omnibus & singulis per integrum triduum conspici potuit, quod tamen noctu à cubiculariis illius inde ad modo dictum Reginarũ Cœnobium elatum, & subsequenter sub doloris œstro Regia pompa atque magnificentia collocatum est.

Turci à Persianis cæsi fugatique.

Ineunte hocce, supra Millesimum Sexcentesimum, decimo nono anno, & quidem eiusdem mense primo, bellum inter Turcos & Persas denuo inchoatum est. Turcorum enim ad CC. militum amatorum M. sese extendens exercitus non procul ab Ardeuila, vbi multi Persarum reges tumulati sunt, Persianorum Regis selectissima C. militum fortissimorum M. obuia habuerunt, atque cum iisdem adeo acerrime conflixerunt, vt in cruentissimo isto prælio LX. Turcorum M. (inter quos VI. Ianitsarorum M, M. Ægyptii, & MCC. Damasceni vna cum multis Bassis perierunt) ceciderint. Tartarorum Rex, cum XXX. Tartarorum suorum M. Turcos præcedens, vulneratus, eiusdemque exercitus pene omnis deletus est. Etiamsi vero Persarum Rex victoriam tum temporis à Turcis reportasset, atque duntaxat IX. suorum M. amisisset, nihilominus tamen supremo Veziri Turcico pacem annunciari iussit, & eiusdem Imperatori in singulos annos C. Somas Serici, contributionis loco, offerre promisit. Quapropter Veziris, hisce veritus in

T extre-

M. DC. XIX. extremitatibus, pacem istam vsque ad sui Imperatoris adprobationem tum temporis acceptauit: quo facto Persianus, postquam Veziri Turcico cum M D. Camelis ingentem annonam paullo ante tramisisset, Arseronam versus cum exercitu suo profectus est, vt inibi Turcorum Imperatoris resolutionem præstolaretur. Factis autem istis, inter Turcos & Persas, induciis, Christiani mercatores, ob liberum commerciorum exercitium, magnas exinde commoditates perceperunt.

Latrones atq; incendiarii Pragæ supplicio adfecti. In Regno Bohemiæ circa hoc idem tempus multi latrones atque incendiarii grassantes partim Pragę, in terrorem reliquorum, horrendo supplicio, & quidem pro suo merito, puniti sunt. Licet vero Pragæ diuersis in locis illatus ignis repertus fuerit, nihilominus tamen, singulari Prouidentia Magistratus imminenti periculo antevorsum, & vndique de aqua in vrbe prospectum est.

Crumauia à Bohemis frustra tentata. Octauo die Ianuarii IV. Bohemicorum militum M. Crumauiam intercipere conati sunt, vt ita Cæsareanis, magna parte ex Hungaris constantibus, aditum intercluderent: verum, re detecta, ab iisdem Cæsareanis cohortibus magnis tormentis excepti sunt.

M. DC. XIX. Vice versa Boucquoius, de Bohemorum conatu certior factus, mille militibus è Buduisa excursionem fecit, & cum retrocedentibus Bohemis aliquot per horas accerrime cōflixit, adeo vt D. plus vltra, vtrimque ceciderint, & Comes iterum in Buduisam sese cum suis refugium sumere necessum habuerit.

Terræ motus in Comitatu Konigsteinensi. Paulo post, XIX. videlicet die Ianuarii, inter VI. & VII. horas matutinas, ingens terræ motus, duobus à Mœno-Francfurto nostro milliaribus, in Comitatu Konigsteinensi exortus est, quem cūprimis Regio Saxenses, Cronbergenses, Reiffenbergenses, & vicini aliquot eiusdem tractus inquilini magno quidem cum tremore tum temporis perceperunt. Eodem quoque tempore Nidda, Mœno prope Hoꝛstam, Electoris Moguntini oppidulum, vicinus fluuius à naturali cursu suo tribus horis integris destitit, adeo *II. Miracula.* vt molitoribus vicinis aliquantulum ferias indixerit: tribus autem modo dictis horis elapsis, fluuius pristinum suum cursum iterum peregit. Similiter & circa idem ferme tempus, Sixti fluuius (in qua Hungariæ ciuitate A. C. MD. LXXXVIII. inter Christianos & Turcas cruentissimum prœlium peractum est) in sanguinem mutatus, & in eodem

dem

M. DC. XIX. dem reperta glacies eumdem colorem sanguineum assumpsit, cuius fragmenta prodigii loco huc illuc tramissa sunt.

Morauicorum Ordinum Conuentus Prinnensis. Eodem hocce mense Ordines Morauiæ Conuentum Prouincialem Prinnæ celebrarunt; in quo Euangelico-Morauici Ordines sua XVII. articulis compræhēsa grauamina Cæsareæ Maiestatis Delegatis obtulerunt, qui sane vt in obsequio Cæsareo amplius perseuerarent, Bohemi vero vt eosdem ad suas partes pertraherent, summopere vtrimque laborarunt: Morauis nihilominus in Cæsaris deuotione tum temporis permanentibus.

Armeniani in Synodo Dordracensi Caluinianis cedere nolunt. De Dordracensi Synodo in historia præcedentis anni diximus. Postquam igitur aliquot centeni Reformatæ Relligioni addicti Theologi, Armenianorum vel Remonstrantium vero non plus quam XIV. in eadem ista Synodo comparuissent, Remonstrantes conquerentes Hagæ-Comitis coram Dominis Stadensibus (qui antehac Armenianorum siue Remonstrantium V. puncta contra reformates adprobarant, & edicto publico cauerant, ne in Ecclesiis de DEO, in articulo prædestinationis, tam blasphème atque scandalose, sed nihil amplius, quam quod in DEI verbo reuelatum esset, doceretur) publice atque solemniter protestati sunt, quod, salua ipsorum conscientia, isti Concilio sese subiicire neutiquam possent, quum ipsorum aduersarii, siue reformati, simul Actores & iudices essent, & suam in verbo Dei fundatam V. articulis comprēhēsam confessionem Armeniacam ad nullam legitimam defensionem admitterent, sed multo potius sibi quasi certas leges præscribere, & violenter ad suas partes pertrahere conarentur. Postquam igitur in Concilio siue synodo ista à Caluinianis minime audiri potuerint, eapropter sese abitum quidem molitos, verum ab aduersa parte Arrestodetentos fuisse, vt ita hoc modo, nolentes volentes quasi ad Caluinianam Confessionem, præsertim vero ad credendum de prædestinatione & absoluto decreto articulum violenter cogerentur. M. DC. XIX.

Itaque toties nunc dictam synodum pro nullo libero, sed pro mero coacto negotio esse æstumandam: eapropter circa idem hocce tempus diuersis in locis, potissimum vero Vltraiecti, Roterodami &c. multi Armeniacam Confessionem amplectentes pastores ab officio remoti, & conciones ipsis interdictæ sunt.

Hęc dum in Belgio agerentur, *Ordinum*

M. DC. XIX.

Bohemiæ ad Electorem Saxoniæ ex conuentu Pragensi litteræ.

Ordines Bohemiæ, circa huius anni initium, conuentum Pragæ celebrarunt & exinde ad Sereniſſimum, Dominum Electorem Saxoniæ ſequẽtem ferme in modum ſcripſerunt: Sereniſſime Princeps Elector, Domine clementiſſime, quod præter omnium ſpem & expectationem, multis nunc hinc elapſis ſeptimanis, inter alia & capitale hoc impedimentum (cum hactenus nondum ſequutã Dominorum Principum & Ordinum, in ſupe: & inferiori Sileſia, reſolutionem Sereniſſ. V. C. tramiſimus) obtigerit, cuius gratia S. V. C. ad nos miſſus legatus, Nobiliſſimus & Strenuus Dominus Iacobus Grunthalius, in Krembseychen & Vogtſtat &c. Sereniſſ. V. C. Conſiliarius, & ſupremus Inſpector Comitatus Mansfeldici, Capitaneus Sangershuſanus, præter noſtram voluntatem, dilucide atque categorice à nobis cum contento non dimitti potuerit, id in ipſa rei veritate nobis neutiquam gratum acceptumque accidit: quemadmodum eius rei gratia admodo dicti Domini Legati relationes ac bonam rerum harum dilatarum ſcientiam nos hiſce referimus, certa indubiaque ſpe freti S. V. C. hanc iteratam noſtram moram non nobis, ſed diſſitis locis Dominorum noſtrorum confœderatorum, & irreuocabili volubilitati temporis, quæ in huiuſmodi arduis negotiis citra ſenſum è manibus quaſi elabitur, potiorem cauſſam clementiſſime imputaturam. Quum autem hodierno ipſo die à paullo ante commemoratis Dominis Principibus & Ordinibus ſcripto compræhenſam ſuam reſolutionem (vti S. V. C. ex adiuncta Originalis deſcripti Copia facile colligere poterit) acceperimus: ex pellectione tantum ſane colligimus, quod ipſorum Domini Delegati, Adſeſſores & Conſiliarii qui non dumtaxat ſuam ſuæque Prouinciæ neceſſitatem imminenti hocce interpoſitionis negotio vrgebunt, ſed & pro nobis noſtriſque grauiſſimis grauaminibus intercedent, ad nos ſe conferendi in mandatis habeant. Licet vero in hacce ipſorum hiſce noſtris inſerta reſolutione induciarum nulla fiat mentio: attamen hoc ſimul humillime animaduertimus, quod non ita pridem, fida, fidelique ex Correſpondentia, commemoratis iſtis Dominis Principibus & Ordinibus mentem noſtram aperuerimus, quod videlicet, ad noſtram quidem partẽ quod attineret, in propoſitas, ſecuras, atque ſynceras inducias, certis tamẽ admodũ neceſſariis quibuſdam cum conditio-

M. DC. XIX.

M. DC. XIX.

ditionibus ad præfixũ quemdam terminum acceptare parati ſimus, certa ſpe freti Dominos noſtros confœderatos non dũtaxat hancce noſtrã intentionem adprobaturos, verum etiam iiſdem (induciis) ſubſcripturos fore. Quo melius autem interea ante ipſorũ aduentum, ad præcauenda maiora damna, temporiſq; lucrationem, eo propius ad negotium iſtud accedamus, & certis quibuſdã præparatoriis inſtructi ſimus: icci̇rco in puncto ſuſpenſionis armorum hæc noſtra eſt declaratio ſiue reſolutio, quam Ser. V. C. (cui nos in Regno Bohemiæ, ceu ſuauiſſima noſtra omnium patria, commendatiſſimos eſſe neutiquam ignoramus) hiſce humillimo obſequentiſſimoque ſtudio tramittimus, ſummiſiſſime eamdem & rogantes & obteſtantes, vt clemẽtiſſime & mature perpendere ne dedignetur, quibus videlicet adſecurationis mediis imminentes iſtæ induciæ, vel armorũ ſuſpenſio, certis quibuſdã articulis compræhendi poſſet, vt ita laudatiſſimum hoc regnum, iocundiſſima noſtra patria, & Euangelici domini Ordines, noſtri domini Principales, atque vicinæ incorporatæ prouinciæ, ob inuiolate ſeruatas iſtas inducias, & ita de indemnitate aſſecurati poſſent, cumprimis quod omnis iſte etiamnum hodie durans ſeditioſus motus ex non ſeruato promiſſo, tamquam omnium malorum ſcaturigine, promanarit.

M. DC. XIX.

Omnibus vero Cæſareæ S. M. antehac ad Ser. V. C. alioſque S. Roman. Imperii Electores atque Principes adeo paternis pacificiſque datis literis è diametro quaſi repugnant, Cæſarei Commiſſarii patentes literæ, &c, quas vna ſecum circumfert, tractationes, quæ manifeſto ad diuerſimoda hoſtilia attentata anſam occaſionemque præbuerunt: Summus enim belli Imperator Comes Boucquoius peregrinus, nec, quantũ quidem nobis ſcire licet, in S. Rom. Imperio immatriculatus eſt, multo minus in eodem reſidet: icci̇rco etiã nulli eiuſdem S. Rom. Imperii iuri ſubiectus eſt, adeo, ſi in exceſſum forſitan perpetraturus ſiet, ne nummus quidem, compenſationis loco, ab eo extorqueri poterit. Idẽ, modo dictus Boucquoius, contra aliquot mandata & inhibitiones, nihilominus incendiis hoſtile ſuũ deſideriũ expleuit: Comes Tampirius vero ſuo tempore, durantibus adhuc motib⁹ Auſtriacis, ſub ipſis etiã induciis, domini à Kinſberg ditionem hoſtiliter inuaſit, quo facto induciæ iſtæ violatæ ſunt: Comes autem id nõ ſolummodo impune tulit, verum etiam ad altiorem dignitatis gradũ euectus,

M. DC. XIX. ctus est, adeo vt nos, rebus ita & commemorato modo comparatis, extra Ser. V. C. ceu à Cæsarea S. M. clementissime exoratam insignem Electoralem adsecurationem, seruanti parti adsistendi, non seruanti & violanti vero persequendi, nullam certiorem adsecurationem inuenire possumus. Indubia igitur spe freti maxumopere confidimus Ser. V. C. hancce nostram declarationem siue resolutionem non dumtaxat clementissime adprobaturam, verum etiam istas inducias, vna cũ impendente interpositionis negotio, ad impetrandam recuperandamque salutarem atque constantem pacem, proxima quaque occasione quamprimum promoturam, eidemue, vti hactenus, ita & imposterum quoq; grauissimum hocce negotium curæ cordique esse clementissime passuram, &c.

Electoris Saxoniæ responsio. Ad hasce Ordinum Bohemiæ modo commemoratas literas Serenissimus noster Achilles Saxonicus sequentem in modum respondit: Dei Gratia Ian-Georgius Dux Saxoniæ, Iuliaci, Cliuiæ, & Bergæ, S. Rom. Imperii Elector &c. S. N. Generosi, Nobilissimi, Strenui, Honestissimi, Prudentissimi, perfideles, dilecti &c. Vestras, sub dato xvi. die huius mensis Februarii, literas, vna cum adiunctis copiis xxi. huius probe accepimus, & exinde intellleximus qua videlicet ratione modoque in propositam armorum suspensionem consentire possitis: & quæ porro in eadẽ vestra epistola petieritis. Quamuis autem nobis nihil nunc fuisset gratius & acceptius, quam vt, ad nostram ante x. septimanas factam delegationem & propositionem, istiusmodi iusta resolutio hoc modo subsequuta fuisset, quo ad principale negotium tamdem aliquando perueniri, tempus lucrari, atque adeo non contemnendi sane sumptus aliæque incommoditates euitari hactenus potuerint. Quoniam vero illud ipsum (quod à vobismetipsis non vna dumtaxat vice apud Romano-Cæsaream Maiest. Hungariæ & Bohemiæ Regem, dominum nostrum clementissimum, & nos quæsitum, petitumque, quodque ab aliquot Electoribus, aliisque Sacr. Rom. Imperii principibus, omnibus etiam coronæ Bohemicæ incorporatis finitimisque prouinciis vobis itidem suasum fuit) acceptaueritis, aliis quoque illud communicari vobis placeat: id sane, ad nostram partem quod attinet, inhibere minime potuimus, & longiorem illam moram inuito prorsus animo hactenus perferre necessum habuimus, summa spe freti, nos, si interea

M. DC. XIX.

terea aliquid sinistri forsitan acciderit, apud omneis & singulos, tantæ moræ caussâ, excusatos fore. Sin enim, vti nobis quidem certo persuademus, ante x. vel xi. septimanas, à Cæsarea S. Maiest. nobis, aliisque Electoralibus dominis Interponentibus, clementissime tradita commissaque interpositio, eiusdemue requisita, ad illud à nobis præfixum, & vobis aliisque perscriptum significatumque tempus, atque locum, continuata fuissent, vestramque, ea ipsa de re, rotundam categoricamque resolutionem percepissemus, tum, auxiliante diuina gratia, & Interponentium nostrorum fidelissima cura, procul omni dubio, multo propius ad exoptatam pacis metam peruentum, multisque interea commoditatibus obuiatum esset. Quum itaq; principale negotium in hoc potissumum consistat, &, secundante illud DEO TER OPTVMO MAXVMO, mediante nostra solertia & molestia, eo deductum promotumque fiet, quod Cæsarea Sacr. Maiest. vti supra diximus, iam dudum in sæpius nunc commemoratā interpositionem clementissime consenserit, & itidem commemoratis dominis Interponentibus rei summam commiserit, ante præfixum tempus locumque adprobarit, certas quasdam personas ad præparationem constituerit, & etiamnum in eo constanter adquiescat, summoq; studio istius promotionem clementissime desideret: Domini Interponentes quoque, vna nobiscum, sibi, in communei Reipublicæ emolumentum, clementissime imponi patiantur (exceptis quibusdam qui ad interpositionis istius inchoationem in persona propria Agriam versus comparere grauantur, quibus tamen, vti maxume confidimus, conuenienti modo salutaria adhibebuntur remedia) vosmet ipsi etiam interpositionem istam instanter humillime desideraueritis, Principes & Ordines in Silesia in eumdem etiam consenserint, & certas quasdam personas ad tractationem istam, ceu delegatos, constituerint. Marchionatus Morauiæ & inferioris Austrię vero eamdem nō ex manibus eripi fideliter suadeant, sed multo potius deputatos Electores, aliosque Sacr. Rom. Imperii Principes, ad eiusdem (interpositionis) promotionem, humillime implorent, id quod inferioris Austriæ, sub dato xv. Marchionatusue Morauiæ, tam Euangelicorum, quam Romano-Catholicorum Ordinum, sub dato xxxi. Ianuarii, literæ copiosioribus testantur. Quoniam vero nihil nunc restet amplius

M. DC. XIX. amplius, quam vt principale negotium ocyus ad manus sumatur, illud promoueatur, alius ad tractationem istã locus nominetur, & certum definitumque tempus præfigatur, ad quod promouendum nos nullum nõ mouebimus lapidem: iccirco, ad exequendam istam nobis, aliquot Electora: & principalibus dominis Interponentibus clementissime commissam Interpositionem, xiv. diem Aprilis Stylo Nouo (quũ res, dissitis dominis Interponentibus, & instantibus summis feriis, citius inchoari nequeat) denominamus & constituimus, clementissime simul vobis iniungentes, vt præfixo tempore per vestros pacificos & plenaria potestate instructos delegatos in dicto supra loco compareatis, & tractationi isti intersitis: quemadmodum etiam illud ipsum Romano-Cæsareæ M. & cæteris Electora: & principalibus dominis Interponentibus non solummodo pari modo notum fecimus, verum etiam omnino confidimus, Cæsaream S.M. & Serenissimos Electores & Principes in idem consensuros, ac vna nobiscũ & cæteros dominos Electora: & principales dominos Interponentes quoque summa solertia eo commoturos, quo tamdem periculosissimum hocce negotiũ, adsistente Dei Ter Optymi Maxvmi diuina gratia, componi, & M. DC XIX. constans pax, atque secura tranquillitas in isto Regno Bohemiæ iterũ plantari possent. Ad suspensionem armorum vero quod attinet, exoptaremus sane, vt & isti negotio simul satisfieri posset. Quoniam autem nobis tramissæ conditiones graueis, late sese extendant, & ita comparatæ sient, quod videlicet vlterioribus communicationibus, hinc inde tramissionibus, peculiaribus tractationibus, aliisq; istiusmodi requisitis innitantur, ad quæ omnia tẽpus requiritur, interea autẽ principale negotiũ procrastinaretur, sumptus augerẽtur, & ad alias incommoditates ansa occasioque præberetur, quod tamen lubentius præcauere, & multo potius principale negotiũ pro virili promouere vellemus: itaque modo indigitatas iste articulus, vti quidem nobis videtur, ad præfixum terminum, &, ad interpositionis istius conuentũ bene differri, atq; tum bini isti articuli pari passu adeo componi poterunt, quemadmodum id ipsi negotio conducibile atq; salutare videbitur: quẽadmodum similiter Romano-Cæsareæ S. M. aliisq; Electorali: & principalibus dominis Interponentibus vestram ad nos exaratam epistolam, eiusdemue summam, notam fecimus, quo melius ipso-

M. DC. XIX. ipsorum delegatos atque Consiliarios huius articuli caussa informare, iisdemue plenam concludendi potestatem facere possent. Speramus quoque, si tractationis Interpositionisque istius fieri debeat initium, DEVM TER OPT. MAXVMVM, ope diuinæ suæ omnipotentiæ, curam & labores Electora: & principalium dominorum Interponentium adeo secundaturum, vt maiora de disarmatione & copiarum militarium dimissione, quam armorum suspensione verba faciunda sient: ad quod diuina omnipotentia prosperitatem, diuinam gratiam atq; clementiam paterne largiri clementissime dignetur. Postquam etiam Romano-Cæsarea Maiest. Dominus noster clementissimus non ita pridem à nobis tutum, ad interpositionem istam, adcessum pro Cæsareæ Sacr. Maiest. delegatis, quemadmodum illud ex nostra vobis facta communicatione vos minime latebit, clementissime petiisset, nos vero illud neutiquam necessum esse iudicassemus, cumprimis quod Cæsarea S. M. tamquam electus Romanorum Imperator, coronatusq; Rex Bohemiæ, tutam itinerum adsecurationem præstare posset, & alias, vigore iuris gentium, legati inuiolabiles esse debeant: iccirco eadem de caussa nos coram Cæsarea S. M. excusauimus, vobis tamen ad notitiam vestram, significare voluimus, vt, iuxta clementissimam hanc nostram instructionem, humillimum debitumque officium præstare numquam desistatis, &c. M. DC. XIX.

De obsidione & subsequuta occupatione ciuitatis Pilsensis circa finem præcedentis anni dictum est: quum itaque Mansfeldius ea de re in grauissimam Cæsareæ suæ Maiest. indignationem incurrisset, eapropter XIX. die Februarii hunc in modum ab eadem sua Cæsarea Maj. publice proscriptus est: *Patētes literæ Cæsareæ Mansfeldi proscriptionē concernentes.*

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA, Nos Matthias electus Romanorum Imperator semper Augustus, in Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, & Sclauonia &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wurtenbergæ, Comes Habspurgensis & Tyrolis &c. Notū facimus omnibus & singulis Electoribus, Principibus, Ecclesiasticis, & Secularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Equitibus, Nobilibus, Mare'callis Prouincialibus, Capitaneis prouincialibus, prouinciarum Quæstoribus, Ducibus, Vicedominis, Curatoribus, Administratorib', Iudicibus prouincialibus, Prætoribus, Consulibus,

M. DC. XIX.

libus, Iudicibus, Consiliariis, Ciuibus, Communionibus, aliisque nostri & Sacr. Rom. Imperii, Regnorum, hæreditariarumque prouinciarum nostrarum subditis & fidelibus, cuiuscunque status, dignitatis, atque conditionis etiam illi sient, tenore præsentium, nostram amicitiam, clementiam, & omne bonum: Reuerendissimi, Reuerendi, Serenissimi, Inlustrissimi, perdilecti amici, agnati, & adfines, Electores Principes: Generosi itidem, Nobiles, Deuoti, fideles, dilecti &c. Quamuis in nostri, & Sacr. Rom. Imperii constitutionibus peculiariter cautum siet, quod nemo, cuiuscunque etiam status & conditionis, cumprimis nulli belli Duces, Equitum tribuni, Capitanei, Officialeis, aliique gregarii milites, ac omneis denique ii, qui militarium adcursuum, conuenticulorum, aliarumque militum conscriptionum auctores, Coryphæi, & antesignani sunt, & esse volunt, aliorumq; Dominorũ stipendia sequuntur, vnicum bellum, vel turbulentam irrequietam quamdam actionem suscipere, multo minus cõtra nos, vel vnicum etiam Sacr. Rom. Imperii fidelem Ordinem, absq; nostro, vel sui Magistratus, præscitu & consensu, cumprimis turbulentis periculosissimisque hisce temporibus, ad suscipienda & tractanda arma minime commoueri debeant, quemadmodum in Sac. Rom. Imperii Comitiis, præsertim vero A. C. M. D. LIX. vt imposterum in eodem Sacr. Rom. Imperio, Germanicæ Nationis, pax & concordia eo tutius tueri atq; defendi queant, in prioribus nostri & Sacr. Rom. Imperii Cõstitutionibus interminata pœna eo ampliata est, vt videlicet transgressores in nostram & S. R. Imperii proscriptionem, ipso facto absque vlla declaratione, inciderint, quemadmodum illud ipsum Electorum, Principumque sanctiones prædictorum istorum Comitiorum (quæ postmodum in subsequentibus Sacr. Rom. Imperii Constitutionibus de Annis M. D. LXIV. & M. DC. LXIV. repetitæ & confirmatæ fuerunt) satis superque testantur. Quamuis etiam ex paterna prouisione & fideli inclinatione per peculiareis quasdam à nobis publicatas diuolgatasque patenteis literas, aliaque mandata Cæsarea, imprimis sub dato vlt. Iun. & xxvii. Octob. nuperrime elapsi Anni, supra commemoratas S. Rom. Imperii Constitutiones omnibus & singulis, vna cum in istis compræhensis pœnis, loco fidelissimæ admonitionis, proposuerimus, vt à damno detrimentoue sibi cauere, & iisdem per omnia sese conformeis.

M. DC. XIX.

M. DC. XIX. meis exhibere minime grauarentur, nec contrarium quiddam, sub eadem transgressoribus interminata pœna, contra easdem molirentur: nihilominus tamen omnibus & vniuersis notoriũ manifestumque est, quod Ernestus, Comes Mansfeldius, non solummodo antehac numerosum quẽdam exercitum absque Cæsarea nostra præscientia & consensu, vllaque in modo commemoratis S. R. Imperii Constitutionibus requisita conditione, contra salutareis istiusmodi sanctiones, in S.R. Imperio conscripserit, verum etiã, magno sane damno Magistratuũ, propria auctoritate cum iisdem suis militaribus copiis transierit, &, proxime elapso anno, maioribus hincinde adquisitis viribus, in Regnum nostrũ Bohemiæ hostilem impetum fecerit, easdem contra nos, nostrosque subditos, duxerit, hostili obsidione, occupatione, & accepto lytro fidelissimæ nostræ ciuitatis Pilsensis, atq; alias etiam, more vbiuis prohibito, contra modo dictos nostros subditos, & conscriptas à nobis, ad tutelam protectionemq; istius Regni, militareis copias omnia hostiliter adtentauerit: atque adeo, iuxta præscriptum supra allegatarum S. R. Imperii Constitutionum, absque vlla vlteriori declaratione ipso facto in pœnam; & nostri, ac Sacr. Rom. Imperii proscriptionẽ inciderit. Iccirco prædictum istum Ernestum Mansfeldium, in nostri & S. R. Imperii proscriptionem declaramus, eidem hisce de: & adnunciamus, ex Cæsarea potentia, ad tutelam protectionemque supra commemoratarum Sacr. Rom. Imperii constitutionũ, proscriptionem, eumdemque ex pacifico in irrequietum statum transferimus, omnibus & singulis ipsius corpus ac fortunas omneis permittentes. In fidem præmissorum patenteis istæ nostræ literæ Cæsareæ secreto sigillo nostro Cæsareo obsignatæ & confirmatæ sunt. Quæ dabantur in vrbe nostra Vienna XIX. d. M. Febr. A.C.M.DC.XIX. Regnorũ nostrorum, Romani IIX. Hungarici XI. & Bohemici IIX. Annis. M. DC. XIX.

Circa hoc idẽ tempus Rex Hispaniarum ingentem classem adornauit: eapropter non dumtaxat Domini Stadenses, verum etiam Rex Angliæ, Barbaria, & Venetiani rebus suis summa solertia inuigilarunt, præsertim vero hi vltimi (Venetiani scil.) in mari Adriatico LX. triremibus, & aliquot nauibus Hollando-bellicis, Hispanę classis aduentũ præstolati sunt, quod intellexissent modo dictam classem Venetianorum Golffum perrupturã, & dein' Tergesti militareis suas copias expositurus esse. *Classis Hispana.*

M. DC. XIX.

Directorũ Bohemicorũ ad Ordines Bohemiæ patenteis literæ.

Quum itaque res in vniuerso terrarum orbe (vti ex præcedentibus & hisce aliquot commemoratis historiis videre licuit) iam non amplius ad pacem, pacificamque tractationem, siue compositionem, sed ad periculosiores maioresque motus spectarent, Cæsareæ militareis copiæ quoque interea aliquot in Bohemiæ Regno loca occupassent, postposito nunc compositionis & interpositionis negotio, vicesimo viro arma imperarunt, &, eadem de caussa, sequentes literas diuolgari curarunt: Generosi, Nobilissimi, Strenui domini Equites, Honestissimi, Prudentissimique Domini omniũ III. Pragensium, aliarumque montanarum ciuitatum, omneis quoque Communiones & Inquilini Regni Bohemiæ, peramici domini fratres, compatres, adfines, & amici &c. Clementiis vestris, vobisque omnibus & singulis S.D.P. iisdemque æternam temporalemq; prosperitatem ex intimis cordium nostrorum penetralibus exoptamus. C. V. vobisque neutiquam est incognitum, quatenus videlicet, ex nostro officio & ratione præstiti iuramenti, per certas diuolgatasq; patenteis literas, quas omnibus in Circulis adfigi curauimus, V. C. & vobis conuentum in Pragensem arcem, ad diem Lunæ post Dominicam Ivdica, indixerimus: in quo conuentu V. C. vobisque omne illud, quod hactenus effecerimus, & quo fulcro res, à nobis directæ, niterentur, proponere, & quo pacto denique hocce Bohemiæ regnum, patria nostra suauissima, imposterum quoque contra hostes eiusdem tueri, atque adeo diu exoptata pax & constans concordia, adsistente & fauente diuina clementia, iterum plantari atq; propagari possent, cum V. C. vobisque consultare proposueramus, quæ omnia iam merito heic suo loco rellinquimus. Interea vero V. C. & vos, grauissimis ineuitabilibusque de caussis, celare neutiquam possumus, licet hactenus in id vnice intenti fuerimus, quomodo nimirum diu exoptatam pacem recuperare possemus, iccirco ad sæpius citatam promissamque interpositionem consensum nostrum præbuimus, media, quibus induciæ impetrari potuissent, vna cum exceptionalibus articulis, exhibuimus, & mox ab initio Cæsaream S. M. & Serenissimos Electores, quo meli⁹ videlicet pacifica ista nostra intentio in effectũ deduceretur, humillimo obsequẽtissimoq; studio implorauimus: nihilominus tamẽ aduer-

M.DC. XIX.

aduerſa pars non dumtaxat ex omnibus ferme locis maioris ſubinde de vireis adquirit, verũ etiam more prorſus tyrannico aliquot oppidula, nobiles reſidentias, villas, & quocumq; tamdem peruenire potuit, miſerum in modum diripit, incendit, & ad iſta incendia nauci nulliuſq; pretii homines cõducit, pro ipſorum cõmiſſis facinoribus certum iiſdem pretium perſoluit; & diuerſimodis aliis modis crudelem immanemque ſuam tyrannidem perſequitur: ex quibus omnibus quiuis ſanæ mentis facillime colligit, quod hoſtis hoc regnum, patriam noſtram ſuauiſſimam, in extremam perniciem præcipitare, noſtramq; laudatiſſimam nationem Bohemicam in ſempiternum Regni Bohemici ludibrium plane extirpare, & in cineres quaſi reſoluere meditetur. Quum igitur ſupra dictæ iſtæ induciæ nondum ſuſceptæ, multo minus in effectum deductæ fuerint, eapropter non tam nos SVB VTRAQVE, quam ij SVB VNA SPECIE V. C. voſque omneis & ſingulos peramice & officioſe rogamus & adhortamur vt bona in præparatione & procinctu quaſi ſtetis, in eoq; vos, ceu fidos Sympatriotas atque Patriæ amanteis decet, ipſo facto præſtetis: pedites & XX. virorum delectus ve- [illegible] ro, ex præſcripto prioris & nunc renouatæ defenſionis, longiore ſclopeto armati ſemper parati ſitis, vt ita (quod tamen malum DEVS TER OPTVMVS MAXVMVS clementiſſime auerruncato) ſiu forſitan aliquis Circulus hoſtiliter inuadatur, vel aliud quidpiam contra eumdem moliatur, illud quamprimum Dominis Generalibus diurno nocturnoque tempore ſignificetur, quo melius, præmiſſa matura deliberatione, auxiliãte DEI TER OPTVMI MAXVMI gratia, hoſti cum interea conſcriptis militaribus copiis reſiſtatur: quemadmodum etiam nullo modo dubitamus, vobis etiam ad partem neutiquam erit incognitum, quod iam dudum cum Dominis equitum tribunis, belli Ducibus, tam Dominis Signiferis, aliiſque Officialibus, qui antehac Prouinciales duxerunt, tractauerimus, quod videlicet, vrgente neceſſitate, Patriæ, honorumq; ſuorum gratia, pari modo ſtipendia noſtra ſequi neutiquam dedignarentur. Eius quoque rei gratia Dominos Commiſſarios in quibuslibet Circulis ex officio noſtro peramice hortamur & rogamus, vt, ratione præſtiti ſui iuramenti, vna cum tot Dominis Equitum tribunis & Capitaneis cuiuſuis Circuli Prouincialis (ſingula D. peditibus & [illegible] V. 3, [illegible] G. equi-

M. DC. XIX.

C. equitibus adimplenda) absq; vlla mora conscribatis, eosdemque ad signa conuenire iubeatis, quo citius, iuxta ipsorũ promissa, bona pr æparatione in procinctu parati sient, & istiusmodi obligationi neutiquam repugnent. In quo autem circulo iustus numerus colligi non poterit, is ex alio fortiori circulo adimpleatur, & iustus signi numerus constituatur. Par quoque ordo in equitatu obseruetur.

Cumque huic Regno ab hostibus ingentia pericula impendeant, eapropter certo confidimus V. C. & vos non solummodo omnia ista probe perpensuros, verum etiam, ceu fideleis amanteis Dei, propriæ suæ salutis æternæ, ac Reipublicæ, paratissimos sese ostensuros, omnibusque viribus vnice eo adlaboraturos esse, vt supra commemorata pręparatio in hasce Pragenses vrbes mature satis introducatur, & vosmetipsi, iuxta tenorem priorum nostrarum diuolgatarum litterarum patentium, in Pragensi arce illico conuenire, &, vna nobiscum, de tam arduo difficillimoq; negotio deliberare & consultare possitis: relliquas vero patenteis litteras, quas peculiariter ad Dei ter optvmi maxvmi timorẽ excitandum, ad peragendas solerter preces, & exhortationem veræ pœnitentiæ diuolgari currauimus, summa industria obobseruetis, easdem defendatis omniaque in iisdem comprahensa sedulo exequamini, &c.

M. DC. XIX.

Tampirius Gratzian occupat & diripit.

Circa finẽ Februarii & Martii initium Tampirius enim fidei suæ concreditis militaribus copiis Gratziam in limite Regni Bohemiæ situm, & ad Dominũ Schuanbergium spectans oppidulum intercipere conatus est. Quum autem vnius signi peditum præsidium, cognito Tampirianorum aduentu, in arcem sese recepisset vt inibi maius subsidium pręstolaretur, Tampirius interea oppidulo quidem potit⁹, ast ex arce ista crebris tormentorum displosionib. à præsidiariis fortiter & mascule exceptus est. Quoniam autẽ oppidulum absq; arce aegre retinere posset, eapropter, eo incẽso & direpto, iterũ Viennam versus sese cotulit, & ad tutiora se recepit.

Ordinis di Santa Militia initium.

Eodem tempore, Martii nimirum die octauo, Viennæ Austriacorum nouus equestris Ordo Di sancta militia ab Inlustrissimis Principibus, Inlustribusque Comitibus & belli Ducibus quibusdã Romano-Catholicis hoc modo inchoatus est. Primum Domini & Proceres isti, peracto pri⁹ in templo diuino cultu, sub dio in genua procederunt, fusis ad Devm ter optvmvm maxvmvm precibus iterũ surrexerunt, eductis è vaginis gladiis trina vice

eosdem

M. DC. XIX. eosdem crucis instar in aerem vibrarunt, iisdemq; rursus reconditis flexis genibus præstito ad SS. Euangelia iuramento sancte singuli iurarunt, vt nimirum omneis infideles siue hæreticos persequi & Romano-Catholicam Relligionem protegere atq; tueri velint. Quo facto iterum in templũ sese contulerunt inibique cruces, in quibus D. Mariæ semper virginis imago auro intertexta erat, in palliis gestandas acceperunt. Præcipui Ordinis huius fuere Princeps Niuersius, Princeps Raziuilius, Dux Saxonę Lauenburgicus, Altheymius, Buchheymius, Archius, Comites, aliiq; qui omneis tum temporis Ordinis istius prima fundamenta iecerunt.

Regina mater Gallia Blæsis ad Espernonium clam aufugit. Postquam ante biennium Ancreus in Occidentali Francia supplicio adfect⁹ esset, Lodoicus Rex iunior à Regina matre imperium sustulisset, & ad seipsum trãsluisset, Reginamque matrem ex Parhisiorũ Lugduno Blęsas versus, vbi postmodum resideret & ætatem ageret, ablegasset, mater indignabunda iniuriæq;, quam illatã sibi esse autumabat, impatiens, XII. die Februari noctu circa horam X. ex Blæsarum arce, vna cũ Comite di Bremos, Stabuli eius præfecto, duabus fœminis Italicis ex Gynecæo, Saluagia videlicet & Catharina, per angustam quandam portam arcis hortum ingressa, inibiq; scalæ beneficio per funem sese, vna cum modo commemoratis suis Comitibus, in subiectam fossam dimisit; vbi ante vrbem per Archiepiscopum Tolosanum, Ducis Espernonii filium, centenis aliquot equitibus excepta, exinde in munitissimã arcem Loschem, illinc iterũ Engolismã ad Ducẽ Espernonium ipsum, & tandem Brouagã, munitissimum itidem quẽdam locum maritimũ, ad Dominũ Sanlucium deducta est. Postquã igitur Rex matris suæ clandestinum abitum ad D. Germani fanum, quo cum Sabaudo ad venandum sese cõtulerat, percep isset, illico, intermissa venationis recreatione. Lutetiã profectus magnam contra Esspernonium præparationem bellicã instituit,

M. DC. XIX.

Tumultus in Hollandia iterum patati. In Hollandia IIIX. die Martii Alcmariæ magnus periculosusq; tumult⁹ exortus est. Cum.n. quidam ex Dominis Stadensib. è cõuentu & Synodu Dordracensi Alcmariã peruenissent, vt ita Armenianorum concionatores ab officiis suis remouerent, iisdemq; suę confessionis, reformatos nimirum, pastores surrogarent, eapropter circa M. è plebe insurgentes, eaque de re vehementer commoti, templorum foreis occuparunt: quocirca ex Ordinum medio deputati Domini Delegati illinc

M. DC. XIX.

illinc paulisper secedere necessum habuerunt. Postquam autem ex Haga-Comitis, vicinisq; locis, aliquot centeni milites, qui furentem plebem aliquomodo coercererent, illuc ablegati fuissent, tumultus tum temporis iterum sedatus est. Eadem quoq; de caussa circa idem tempus & Hornę plebs commota est: siquidem cum Pastor quidam Armenianus ab officio itidem remotus loco cedere nollet, eapropter curru impositus, vt ita violenter ex vrbe deduceretur: Quo conspecto eiusdem relligionis cultores, curru frustratim diminuto & cōfracto, pastorem ad tempus quidem liberarunt, qui tamen, militibus vndique concurrentibus, sclopeta sua inter ciueis exonerātibus, & tres ex ipsorum numero necantibus, alio curru ex vrbe violenter deductus est.

Confœderatio prisca, inter Daniæ & Sueciæ Reges, renouata.

Interea, motibus Bohemicis cottidie eo magis magisque crescentibus, non dumtaxat Rex Angliæ & Stadenses in Hollandia tā in hálo quam in solo magnas præparationes bellicas instituerunt, verum etiā Daniæ & Sueciæ Reges, sibi suisque, hisce sub tumultibus, probe summoque studio inuigilantes, priscam istam confœderationem interse inuicē hoc anno renouarunt: quem in finem amborum Regum Consiliarii in vtriusq; Regni limitibus conuenere, ex parte Danorum Regis Dominus Christianus Frisius Regius Cancellarius & eques, Steno Brahe, Oloffus Rosensparrius, Iacobus Vlfeldius Regni Cancellarius, Andreas Bille eques, & Holigerus Ronsencrantzius: Loco Regis Sueciæ aderant Dominus Arxellus Oxēstiernius, Regni Cancellarius, Baro à Kimmito & eques, Iasper Masson Cruss in Harfila, eques, & thesaurarius, Nicolaus Biecke, Baro in Salesta, & Cameræ Cōsiliarius, Boo Ribbingus in Soebii, Ioannes Skitte in Groensiob, eques, & Gabriel Oxenstiern Baro in Kimmito &c. Quum itaq; Regis isti modo ordine commemorati Domini Delegati in ponte quodam limitaneo sub diu demandatam sibi commissionē felicibus, vti aiunt, auibus exposuissent, Rex Danię Suecum, ad modo renouatæ amicitiæ & bonæ Correspondentiæ confirmationem versus Halmstadam (quæ vrbs Hallandiam in Dania, & Schmolandiam in Suecia à se inuicem segregat) peramice inuitauit: quo in loco etiā ambo isti Regès XXV. Februarii in aperto planoque campo, vterq; insigni equitatu comitatus, conuenere, alterque alterum, post crebras vtrimq; displosorum tormentorum factas salutationes, & suaui-

M. DC. XIX. suauisionum concentum Harmonico-Musicũ, Regia prorsus magnificentia excepit, ac vna simul Halmstadam pari pompa atque solemnitate ingressi sunt, vbi per octiduum genio indulgentes, tãdem II. die Martii à se inuicem iterum digressi sunt.

Cæsaris Matthiæ obitus & sepultura.

Hęc dum in Bohemia, Anglia, Suecia, Dania, aliisque locis agerentur, X. die Martii DEVS TER OPTVMVS MAXVMVS, iuxta immutabile imperscrutabileq; suum consilium atque voluntatem, Serenissimum, Inuictissimum, Potentissimumque Principem ac Dominum, Dominum MATTHIAM electum Romanorum Imperatorem semper Augustum, circa IIIX. & IX. horas matutinas, ex terrena hacce vita Viennæ, Aetatis suæ LX. anno, & diebus XV. clementissime euocauit: eapropter, Rege Ferdinando, supremo Cubiculario aliisque Proceribus præsentibus, omnia obsignata, exenterato autem à Meridie cadauere, cerebrũ & pulmo vehementer læsa depræhensa sunt, corde & iecinore tamen omnino adhuc saluis illæsisque repertis. Corpus, modo dicto iam modo exenteratum, XI. & XXI. huius, vsque ad XIV. & XXIV. eiusdem mensis, in arcis palatio quodam, prope Equestris Ordinis triclinium, in theatro quodam nigro panno obducto, collocatum est. In eodem isto theatro nigro auro pariter obducto Cæsarea S. M. in nigro aureo quodam puluinari, nigro holoserico pileo operta, recubans, & iuxta eiusdem Cæsareæ S. M. caput in dextro latere Romana corona & sceptrum, in sinistro autem Bohemo-Hungarica coronæ, inferius quoque aureum vellus, cum nigro quodam gladio & pugione, conspecta sunt: Cæsarea sua Maiestas insuper Hispanico coleari induta, nigroque habitu & longo pallio amicta, manibus suis rosarium aureamque crucem tenens, conspiciebatur: ad eiusdem suæ Maiestatis pedes vero paruum quoddam altare & in IV. angulis circa Cæsareæ suæ Maiestatis cadauer IV. maiores, & aliquanto plureis albi ardentes cærei in argenteis candelabris conspiciundi erant. Ex dicto isto palatio cadauer Cæsareum, XV. & XXV. eiusdem mensis die, circa vesperã per Augustinianum in Regium Vestalium cœnobium à Cubiculariis gestatum, & ab vniuerso clero, Ambassadoribus, Cæsareis Consiliariis, Austriacis Ordinibus atque officialibus honorificentissima pompa comitatum est.

Electoris Palatini, S. R. Imperii Vicarii,

Postquam igitur Serenissimi Domini Electores Palatinus atque

M. DC. XIX.

ad Septemviros &c. patenteis litteræ.

que Saxo, de morte Imperatoris certiores redditi fuissent, eapropter, tamquam Vicarii, ex præscripto Aureæ Bullæ, ad S. Rom. Imperii Septemuiros, Principes & Ordines sequentes patenteis litteras, mutatis mutandis, in diuersis Imperii locis adfigi curarunt. Nos Fredericus, Dei gratia, Comes Palatinus ad Rhenum, S. Rom. Imperii Archidapifer, & Elector, in Prouinciis Rheni, Sueuici atque Orientalis Francici Iuris Prouisor & Vicarius, Dux Bauariæ &c. Omnibus & singulis Electoribus, Principibus, Ecclesiasticis & Secularibus, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Dominis, Equitibus, Nobilibus, Ciuitatibus, Communitatibus, aliisque S. R. Imperio incorporatis subditis & inquilinis, cuiuscunque dignitatis, status, atque conditionis isti etiam sient, peramicam nostram salutem, clementiam, & beniuolentiam impertimus.

Reuerendi, Inlustrissimi Principes, Deuoti, Generosi, Nobilissimi, Honestissimi, & Prudentissimi, dilectissimi amici, peramici cognati, adfines, fratres atque compatres. Peramice atque clementer vobis & vniuersis, tenore præsentium istarum litterarum patentium, notum manifestamq; facimus. Postquam Devs ter optvmvs maxvmvs, ex sapientissimo imperuestigabili cōsilio & voluntate sua, Inuictissimum, Potentissimumque Principem ac Dominum, Dominum Matthiam, electum Romanorum Imperatorem, semper Augustum, in Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia, & Sclauonia Regem Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ atque Brabantiæ &c Comitem Habspurgi, Flandriæ & Tyrolis, laudatissimæ memoriæ, Dominum nostrum clementissimum, die Mercurii X. M. Martii, ex temporali hacce caduca vita clementissime euocauerit, (cuius Cęsareo cadaueri benignissimus & misericors Devs in magno ac præclaro isto die hilarem beatamq; resurrectionem clementissime largiatur) & hoc ipso mortali casu nobis, ceu iam regnanti Electori Palatino, iuxta tenorem & expressam Aureæ Bullæ dispositionem, ex præscripto Cæsareo-Regiorum Priuilegiorum, eorumdemue confirmationum, & indubia certaque obseruantia, administratio & Vicariatus S. Rom. Imperii, Rheni, Sueuici, Orientalisque Francici Iuris (vsque dum illa iuxta diuinam voluntatem, mediante ordinaria electione, ad constans aliud Cæsareum caput iterum transferatur) legitime competat: iccirco,

M. DC. XIX.

M. DC. XIX.

co ad honorem, emolumentum, atque incrementum S.Rom. Imperii, & dilectissimæ nostræ Patriæ, GERMANICÆ NATIONIS, necessarium esse autumauimus, vt istam, licet, ob in S.Rom. Imperio finitimisque Prouinciis atque regnis turbulentum perturbatumque hodiernũ statum, molestam satis, administrationem, Prouisionem & Vicariatum, de more supra commemoratæ Aureæ Bullæ, in humeros nostros transferri pateremur, eidemque, pro virili, omnique decenti cura, præessemus.

Quamuis vero extra omnem dubitationis ponamus aleam vobis Electorali nostræ domui cõpetentem dignitatem neutiquã fore incognitam: nihilominus tamen, ad meliorem rei notitiam, & quod istam administrationem & Vicariatum in nos susceperimus nostras hasce patenteis adnunciatorias litteras publicare voluimus: peramice atque clementer confidentes, &, vi nostri Vicariatus, officii, rogantes, vt, subdurantis nostri Vicariatus tempore, ad incrementum S. Rom. Imperii, conseruationem & propagationem pacifici, tranquilli, atque quieti status, omni vicinæ-concordiæ & vnanimitati studeatis, nullus alterum manifesta vi & violentia offendat, sed multo potius, exortis forsitan diffidentia, aliisque subitaneis controuersiis, easdem ad nos, (tamquam Vicarium & Prouisorem S. Rom. Imperii in toties nunc dictis Prouinciis) deferat, & definitiuam earumdem sententiam nostram expectet.

M. DC. XIX.

Quo facto omneis & singulos clementer ac perbenigne audiemus, vnicuique ius suum tribuemus, ne vlla de nobis quærimonia queat institui, cumprimis autem, consilio & auxilio vestro, omnem nostram diligentiam & solertiam eo conuertemus, quo melius omnia in pacato quietoque statu imposterum conseruentur.

Quum autem, vti paullo antea diximus, hæcce tempora vndique satis turbulenta adpareant, & crebræ hinc inde fiant præparationes bellicæ: itaque iterum atque iterum confidimus, vosque omni studio peramice & amanter rogantes, vt ad bonam præparationem (ad quam alias etiam, iuxta S.Rom. Imperii Constitutionum requisita, obligati & obstricti estis) quasi semper in procinctu stetis, vt si forsitan quid eruperit, quod S. Rom. Imperio, eiusdemue Ordinibus

M. DC. XIX.

periculum, præiudicium, detrimentum, atque ludibrium creare posset, vnanimi consensu, ope, atque auxilio mature eidem occurratur, violenta violentia auertatur, atque eiusdem S. R. Imperii auctoritas atque reputatio inuiolata, atque adeo in pristino suo nitore & vigore conseruetur, vsque dum eidem legitimũ summumque caput ordinario modo, iterum præponatur. In hoc laudabile & æquitati consentaneum opus præstabitis, quod S. Rom. Imperii extrema necessitas, ad propriam vestram gloriam, incrementum, & emolumentum, hodierno nostro tempore maxumopere requirit, & efflagitat: quod que nos vicissim erga quemlibet peramice & clementer nullo non tempore recompensaturi sumus, &c.

Elector Moguntinus Regem Ferdinandum ad diem electionis Mœnofrãcfurtũ versus inuitat.

Paulo post, XXIX. videlicet die Martii, Reuerendissimus Illustrissimusque Princeps ac Dominus, Dominus IAN-SVICARDVS Archiepiscopus Moguntinus, S. Rom. Imperii Elector &c. Serenissimum Principem ac Dominum, Dominum FERDINANDVM, Hungariæ atque Bohemiæ Regem, quemadmodum & alios S. Rom. Imperii Septemuiros, mutatis mutandis, ad instantem diem electionis Mœnofrancfurtũ versus sequentibus litteris patentibus inuitauit: Serenissimo, Illustrissimoque Principi & Domino, Domino FERDINANDO, Hungariæ atque Bohemiæ Regi, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, &. Wurtenbergæ &c. Marchioni Morauię, Comiti Tyrolis & Goritzii &c. singulari nostro Domino amico, & Domino filio &c.

M. DC. XIX.

Nos IAN-SVICARDVS, Dei gratia S. sedis Moguntinæ Archiepiscopus &c. S. Rom Imperii per Germaniam Archi-Cancellarius & Elector. S. D. P. & Reg. V. Dig. peturbato admodum animo peramice notũ manifestũmque facimus, quatenus videlicet ab intimis rellictis Consiliariis Cæsareis, paucos ante dies, de morte Inuictissimi Potentissimiq; Domini, Domini MATTHIÆ, electi Romanorum Imperatoris, laudatissimæ memoriæ, certo certiores redditi fuerimus, hac videlicet ratione, quod scilicet modo commemoratus gloriosissimus Imperator MATTHIAS XX. huius mensis die, inter IIX. & IX. horas, sana adhuc ratione expirauerit: DEVS TER OPTVMVS MAXVMVS Christianæ isti animæ paternam curam habere clementissime dignetur.

Quum

M. DC. XIX.

Quum itaq; hoc ipſo caſu nobis non immerito in memoriam reuocare debeamus id, quod nobis glorioſiſſimus quomdam Romanorum Imperator CAROLVS IV. in Aurea ſua Bulla præſcribit, quod videlicet, quamprimum eiuſmodi ex immundo hocce mũdo digreſſum Cæſareum perceпiſſemus, eumdem tũ certo tempore vnicuiq; Electori per patenteis literas ſignificare, eoſdemue ad futuram Romanorum Regis electionem poſtulare & inuitare debeamus: iccirco, ratione noſtri officii, non ſolummodo Regiæ V. Maieſtati, tenore præſentium iſtarum ſigillo noſtro confirmatarum literarum patentium; paullo ante commemoratũ felicem obitum decenti more adnunciamus, ſed etiam, ex præſcripto dictæ iſtius Bullæ, tamquam noſtrum Electoralem Collegam, vi Archicancellariatus noſtri officii, eamdem ad diem Saturni xx. venturi M. Iulii Stylò nouo, tribus ab adnunciatione iſta menſibus, vel per ſeipſam, vel per delegatos ſuos, vnum, vel plureis cum plenaria poteſtate in ciuitate Francofurto ad Mœnum comparere; inibiq; cum cæteris Dominis Collegis noſtris Septemuiralibus de electione Romanorum Regis atque futuri Imperatoris, iuxta modum, formam, & ſpeciem hac de re ſancitarum Conſtitutionum, tractare, cum iiſdem de eadem conuenire, ad iſtius quoq; finem perſeuerare omniaque, iuxta modo commemoratas iſtas Aureæ Bullæ Sanctiones atque Conſtitutiones, agere iubemus. Siue enim Regia V. D. ſiue per ſe, ſiue per delegatos ſuos, compareat, ſiue non, nihilominus tamen p alios S. Rom. Imperii Electores, & emanentiũ Dominorum Electorum conſtitutos atque plenaria poteſtate inſtructos delegatos ad electionem iſtam fiet adceſſio, quemadmodum illud ipſum iura, & eadem de re ſancitæ Conſtitutiones ſatis ſuperque declarant &c.

Tres Irides, & Reginæ Britannicæ obitus.

Ante obitũ Cæſareæ ſuæ Maieſt. MATTHIÆ tres in Cœlo Irides conſpecti ſunt, quo tempore ſereniſſima Magnæ Britanniæ Regina itidem fatis conceſſit, cuius cadauer, exenteratum, variiſque aromatum ſpeciebus conditum XIII. die Maii in Regio monimẽto Cathedralis templi Veſtmonaſterienſis, multorum principum Electoriſque Palatini delegatis, ingentiq; plebis ſubditorumque magnitudine præſentibus, magna condolentia tumulata eſt.

Regina matris ad Galliarum Regẽ filiũ litera.

Reginam matrem Occidentalis Franciæ rellictis Blæſis exiguo dumtaxat comitatu Locham verſus ſeſe contuliſſe ſupra diximus. Poſtquam igitur, vti ſuo loco iti-

M. DC. XIX. dem commemorauimus, quidam Principes & Proceres Gallici à parte modo dictæ Reginæ matris ſtetiſſent, cumprimis vero Eſpernonius eidem operam ſuam locaſſet, Rex, rei indignitate commotus, iiſdem Principibus & Proceribus bellũ inferre cogitans, XVI. equitum peditumque M. conſcribi curauit. Cauſſam autem iſtius ſui ſeceſſus Regina mater Regi Domino ſuo filio in ſequentibus literis expoſuit.

Mi Domine & fili multis nunc ab annis honor atq; libertas mea ſubpreſſa fuit, immo multoties vitæ meæ diſcrimen adire neceſsũ habui, &, quod cumprimis mihi curæ cordiq; fuit, perſonæ veſtræ cóſpectu omnino priuata fui. Sed hiſce omnibus minime conſideratis omnia, ſub veſtro nomine attentata, æquo animo patienter tuliſſem, oculiſq; conniuentibus inſpexiſſem, modo niſi nobis vel bona vel mala cóſilia communicata fuiſſent. Nunc autem, præter omnem ſpem & voluntatem meã certior ſum reddita res veſtras in manifeſtiſſimo periculo & pernicie conſiſtere, niſi mature vobis proſpexeritis, & omnia metuenda mala anteuerteritis. Qua de cauſſa me in tutiorem aliquem locum recipere conſtitui, modo vt illud vobis libero animo ſignificare poſſem, quod alias, reſpectu potentium latus veſtrũ cingentium, omniaq; clanculũ agentium, expedire minime potuiſſem: fit autem id potiſſimum ſalutari conſilio præcedenti, & reſpectu veſtri regni, aliorumque, paucis ſaltim exceptis, qui, eius rei gratia, millies proteſtando apud me ſedulo inſtiterũt. Qua de re periculoſum euentum verita, ad præcauendum illum, gentilem meum Ducem Eſpernonium rogaui, vt, bona ipſius gratia, me Engoliſmam tamquam in locũ tutiorem, recipere liceret, vt hoc modo tam omneis rerum circumſtantias, quã bene meritam fidelitatem & adfectionem Eſpernonii, non dumtaxat nuperrimo tempore vobis, verum etiam ipſi Domino Regi & marito meo feliciſſimæ recordationis, præſtitã, re ipſoque facto denuo experirer, eumq; tali modo recommendaui, vt ipſius fidelitate, prudẽtia, & experientia, tam in veſtris ipſis grauiſſimis arduiſque, quam propriis meis negotiis, à parte, ſi forſitan vlla vmquã ſeparatio metuenda, ad extremam meæ vitæ horulam vſque ſalutariter vti decreuerim. Idipſum quod ita in emolumentum veſtrum exequuta ſum, materna fideliſſimaque haccе admonitione addita vt videlicet veſtri ipſius rationem habeatis, atq; adeo omneis inconuenientiæ, quæ facilime vos turbare poſſent, eo com-

M. DC. XIX.

commodius auertantur. Quocirca hancce meam intentionem atque propositum procul omni dubio adprobabitis, & eo potissimum interpretabimini, quod nimirum, ceu fidelissima vestra mater, ex desiderabili inclinatione, decenti in obseruantia & humili subiectione, id vobis ad meliorem informationem significare voluerim, certa infallibilique spe freta, illudipsum in singulare vestrum emolumentum cessurum esse: quemadmodū etiam iterata nunc vice promitto, me, qualicunque etiam id modo fieri possit, (quæ tamen citra iactantiam & inuidiam dicta sunto) vobis officiose adfuturam, vt hoc modo regnum vestrum in exoptata prosperitate atq; bona quiete intueri queam, atq; tamdem pro illa ipsa habear, cui tam antequam posthac nihil gratius acceptiusque vmquam futurum fiet, quam vt vobis ex animo inseruirem & gratificarer, idque absq; perceptione vllius molestiæ: nam prompta parataque insuper sum libertatem ipsamque adeo vitam meam lubentius perdere, quam vos consilio (quo hoc tempore maxumopere indigetis) destitutos rellinquere. Maturandum igitur, quum procrastinatio perniciosa admodum, & hoc ipso tempore facilia, secura, honestaq; media in promptu fient, quæ vobis fideliter ex decenti, debitoque respectu, indicabo, hac tamen protestatione adnexa, vt imposterum, ad expedienda deponendaque vestra negotia, nulla alia auctoritate vel reputatione indigeatis. Quemadmodum enim, florentibus iuuenilibusque vestris annis, tamquam fidelissima mater & ex debito, nulla vmquam pericula, labores atque molestias subterfugiendas duxi, ita in hodiernam vsque horam nihil amplius expeto, atque in votis habeo, quam vt de laude, honore, atque gloria vestra fiam certior, & quomodo, mediante vestra dignitate, quæ vobis vnice competit, fidei vestræ commisso regimini bene decenterque præsitis, & exinde lætari queā: quemadmodum etiam antehac nihil amplius in votis habui, quam vt omneis & singuli cum regimine vestro contenti essent, vestrasque virtutes, laudemque immortalem iis præsertim in locis, vbi mori desidero, extollerent atque prædicarent. Rogo iccirco omnipotentem Deum (ad quem preces meas indesinenter dirigo) ex intimo cordis desiderio atque adfectu pro vestri regni incremento atque prosperitate cum vera oblatione internæ meæ fidelitatis & beniuolentissimæ adfectionis.

Ad

M. DC. XIX.

Regis Galliæ ad Reginam matris literas epistola responsoria.

Ad hasce Reginæ matris literas Rex Galliæ sequentem in modū responderi curauit: Amandissima Domina mater, circa illud ipsum tēpus, quo ad S. Germani fanum commorarer, atq; breui dierum interuallo vos inuisere decreuissem, tribus internunciis certior sum redditus Ducem Espernonium vos Blæsis abduxisse, & vobis persuasisse, vt videlicet loco isti omnino renunciaretis, sub hoc potissimū quæsito colore & prætextu quasi inibi absque periculo non tuto degere ac viuere possitis: quod sane propositum mihi tum temporis adeo rarum atque peregrinum visum est, vt ægre rei isti fidem habuerim. Si enim vestræ personæ & qualitatis, vel istius temporis conditionem aliquanto altius cōsidero, fateri necessum habebitis, nihil vmquam tā moleste mihi cōtingere posse, cui occurrere non satis essem idoneus, excepta tamen hacce vnica actione, vbi sane numquā putassem vllum quemdam hominem, quisquis etiam ille fiet, vmquam reperiri posse, qui aliquid contra Regis matrem attentare sibi vel in animum præsumeret, aut ipso facto illud exequi eamdemque libertate sua priuare conaretur. Iustus tamen Deus & protector Regū, qui manifestissime mihi præsto est, atque in omnibus meis conatibus auxiliatur, suam mihi gratiam clementissime largietur, vt insignem istam iniuriam violenter vindicem ac puniam, vt ita damnū ad illos ipsos redundet, qui, sub prætextu & vestri nominis titulo, sese tueri, suumque commodum per nulla alia media, quam per meæ auctoritatis derogationem, & totalem deniq; meorum subditorum ruinam atque perniciem, quærere conantur. Indicia & notæ siquidē arrogatæ sibi potentiæ Ducis Espernonii supra vestram personam in prædictis istis literis, ad quarum scriptionem quodammodo vos coegit, tā manifestissime depræhenduntur, vt facile ex iisdem colligere liceat, quam molesto tædiosoque animo easdem ad me perscripseritis. Rarum peregrinumq; admodum insuper esse videtur, vos ex mala cōcepta suspicione mihi persuadere conari, quod Dominus parens meus, Rex demortuus, paullo ante ipsius obitum, vobis Ducem Espernonium commendasse, vt eiusdem salutare consilium, tam in meis, quam vestris occurrentibus grauissimis difficilimisq; negotiis, sequeretis. Verum, amandissima Domina mater, conscientiæ vestræ notum demortui Regis animum opinionemque non ita comparatam, sed plane cōtrariam fuisse, quemadmodum, cum ipsa expe-

M. DC. XIX. experientia, non vna dumtaxat vice illud ipsum mihi reuocastis in memoriam. Et quoniam præterea me informatis, quam caute videlicet in meo statu atque regiminibus eorumdem administrationi præsim, adeo vt hac ipsa de caussa antequam seductus fuerim, & sententiam meã mutauerim, non exiguum (id quod vestræ ad me exaratæ literæ testantur) gaudium concipiatis, eapropter vix credibile, vt facta quærela ob defectũ debitæ vestræ tractationis à vobis exorta fuerit: Sin enim res sese ita haberet, id cumprimis in singularem meum despectum vergeret, præsertim cum omneis datæ resolutiones & personam vestrã concernentes sententiæ non solummodo à me & sub meo nomine datæ, verum etiam cum consensu & voluntate meorum consiliariorum, qui demortuo Regi, Domino Parenti meo, æque ceu mihi operam suam locarunt, conceptæ atq; conclusæ fuerint. Quocirca, mi Domina mater, meã vestramq; conscientiam atq; adeo totam coronam Gallicam in testimonium voco, quod vobis omne debitum obsequium præstiterim, atque ideo in mea conscientia omnino securus siem. Dilectio & timor Domini præterea tam altas in meo corde radices egerunt, vt è supernis mihi clementissime cõcessam gratiam magis extollam, quam omnem dignitatem & statum in quem à Deo Ter Optumo Maxumo collocatus sum. Nolo itaque vt mea corona vel regnum mihi præscribat, qua decenti obseruantia videlicet vobis obuiam procedere debeam, cõsiderando quod omneis liberi, qui tamen longe meo cum partu minime comparandi, ad præstandũ matribus debitum honorem atque respectum obligati sient. Sin quoque forsitan mihi imputari velit, quod ego, vester filius, in iuuenilib⁹ meis annis vobis nõ per omnia obtemperauerim, id eo interpretandum, quod illud propter Regiũ, meæq; fidei concreditorum populorum, quorum paternam curam in me gero, respectum, inopportunitatem temporis occurrentiumque negotiorum disparitatem, aliter à me fieri haud potuerit: Vosmetipsæ similiter in multis vestris ad me datis literis formam mei regiminis, tamquam omni iuri conformem, semper & absq; vllo impedimento adprobastis, & promotionem Reipublicæ priuato vestro commodo atque emolumento longe antetulistis.

Ad regiminis mei administrationem, de qua absque vlla caussa admodum sollicitæ estis, quod attinet, iis, qui huic negotio sese implicant, notum manifestumque

M. DC. XIX. fiet, me regni mei vnicum Regem esse, omniaque consilia simul dirigere, minime dubitans vos ipsas, meliori informatione percepta, vna mecum pro tanta diuina benedictione Deo Ter Optumo Maxumo gratias acturas esse. Quo melius commodiusq; autem vos ex istis, in quæ præcipitatæ estis, oneribus iterum liberare queam, iccirco vos armata manu in priorē liberam vestram possessionem ex qua hostes vestri vos abduxerunt, remittere decreui, idque potissumum ea de caussa vt hoc modo debitus vobis respectus & obseruantia manuteneatur, cum filiali Regioq; promisso me in hoc proposito cōstanter perseueraturum esse. Si porro Blæsis diutius commorari minime velitis, id voluntati vestræ omnino liberū relinquo, hac cū conditione addita, vt ex meis vel vestris ædibus vobis conuenientissimas, pro lubitu vestro eligatis, in iisdem libere viuatis; &, iuxta occurrentes occasiones, easdem ꝑmuteris, quo facto, præter omnē spem & expectationem vestrā, crebrius vos compellaturus & visitaturus sum. Quocirca in proximo nostro ꝑ Dei gratiam facto cōuentu fideliter mihi significabitis, quæ ad incrementū & pacem mei regni ex intentione vestra spectare videbūtur. Omneis relliquas ob regimen meū conceptas curas conuentus noster reuelabit, & simul indicabit quod sub isto plus damnosi, quam fructuosi quæratur. Multo potius omnipotentis Dei gratiam imploro, vt videlicet omnem vestram fiduciam in me, vestrum filium, collocetis, meq; tanto amore & reuerentia, quibus vobis obligatus maneo, amplectamini. Dominus Bethunius, meus vesterq; minister fidelissimus, ad hæc ablegatus, meam intētionem opinionemq; ad certam cognitionem vobis pluribus detecturus est, cui in propositionibus suis, æque ceu mihi ipsi plenariam fidem habere velitis. Lutetiæ Parhisiorum XII. Martii, A. C. M. DC. XIX.

Alberti Archiducis Regi Ferdinando cōcessa plenipotentia. Hæc dum in Occidentali Francia agerentur, Regia sua Maiestas FERDINANDVS interea regnorū hæreditariarumq; prouinciarum administrationem, respectu nactæ à serenissimo Archiduce Alberto plenipotentiæ, in humeros suos deriuari passus est: quem in finem etiam à Regnis Hungariæ, Bohemiæ, eidemque incorporatis prouinciis, quemadmodum & à superi: inferiorisq; Austriæ Ordinibus per literas consuetum homagium sibi præstari petiit iisdemq; simul modo dictam istam Archiducis plenipotentiam tramitti curauit, cuius hæc sunt ex originali formalia.

DEI:

M. DC. XIX.

DEI GRATIA NOS ALBERTVS, Archidux Austriæ &c. Notum facimus omnibus & singulis, publicum hocce nostrum mandatũ lecturis, iisdemue perclementer significamus: Cum Romano-Cæsarea, & Hungariæ atq; Bohemiæ Regia Maiestas, vti non absq; singulari quidem condolentia percipimus, in tam difficillima grauissimaq; corporis dispositione, ægre, sine peculiari Dei Ter Opt. Max. periculo mortis eripi queat, adeo vt nõ duntaxat Hungariæ Bohemiæq; Regna, incorporatæue eorumdem prouinciæ, verum etiam Inlustrissimæ nostræ domus prouinciæ hæreditariæ supe: inferiorisq; Austriæ, eo ipso Cæs. suæ M. mortali casu vacãtes futuræ sient, & modo dictæ istæ binæ prouinciæ ad nos, tamquam Cæsareę suæ Maiest. relictum fratrem germanum, & hæredem vnicum, pertineant: iccirco, vt periculosæ istiusmodi incidentiæ maturo consilio præcaueantur, nõ solummodo ꝓ nobis ipsis, & in nostrum emolumentum proprium, verum etiã ex amore & clementissimo erga modo commemoratorũ Archiducatuum Ordines, inquilinos, & subditos adfectu, quemadmodũ etiã ad promouendã eorumdem prosperitatem & salutẽ Reipubl. ante habito maturo consilio, bona nostra præscientia & voluntate nobis ita clemẽtissime resoluimus, & serenissimo potẽtissimoq; Principi ac Domino, Domino Ferdinando II. Hungariæ & Bohemiæ Regi, Archiduci Austriæ &c. dilectissimo nostro Domino consanguineo & fratri, tenore præsentiũ harum literarum, plenariam potestatem dedimus, idque etiamnum scienter damus, ita videlicet hocque modo, quod nimirum Regia S. D. (quamprimum Cæs. S. Maiest. aliquid ex diuina voluntate & consilio humanitus cõtingat) absq; vlla mora ante commemoratos binos Archiducatus possidere, & nostro, tamquam Cæsareæ S. M. rellicto posthumo indubioque hærede, nomine, ab iisdem Ordinibus & subditis homagium sibi præstari patiatur, prouinciarũ administrationi præsit, cumque eorumdem Archiducatuum reditibus, omnibusque istis prouentibus, ius, & principalem prouincialem iurisdictionem nostram concernentibus, pro suo lubitu commodissime disponat, prout illudipsum prouinciarum istatũ cõmodum & emolumentũ requirere videbitur. Promittimus & pollicemur igitur Archiducalib⁹ hisce nostris verbis, fide quoq; nostra interposita, quod omne illud, quod Regia S. D. iuxta prudentissimam Regiæ S. D. discretionem, & nostram in eamdem col-

M. DC. XIX.

collocatam indubiam fiduciā fecerit, ratificare, probare, & adprobare clementissime velimus.

Quocirca mandamus atq; præcipimus, præsentium harum literarum tenore, omnibus & singulis Ecclesiasticis & Secularibus Prælatis, Dominis, Equitibus, Nobilibus, vrbium, villarumque Magistratibus, communitatibus & subditis, cuiuscunque Ordinis, status, dignitatis, atque conditionis etiam illi sient, cumprimis autem omnibus Cæsareæ S.M. relictis consiliariis, supe: inferioribusque præfectis & officialibus, quibus hæcce nostra sanctio & mandatum opus erit, vt, vi eiusdem huius nostri mandati, Regiæ S. D. tamquam nostro plenipotentiam ferenti, in omnibus, quæ nostro nomine ac loco, vobis singulis & vniuersis proposuerit, plenam obedientiam nulla interiecta mora præstetis. In fidem omnium istorū præmissorum, maioremque assecurationem, literas hasce manu ꝓpria subscripsimus, easdemque Archiducali nostro sigillo obsignando cōfirmauimus: quæ dabantur in nostra ciuitate Bruxellis 11. Febr. A. C. M. DC. XIX.

Ordinum Austriacorum resolutio.

Ad hæc Ordines Austriaci, sua quidem ex parte sese sequentem ferme in modum resoluerunt, &c, ob ardui negotii difficultatē, tempus deliberandi, & scripta in Archiuis suis perscrutandi, sibi clementissime concedi institerunt, adnexa humillima rogatione atq; intercessione, vt interea, ante præstandum homagium, conscriptæ militareis copiæ iterum dimitterentur, suisque grauaminibus ad eorumdem sublationem idonea media adplicarentur.

M. DC. XIX.

Regis Ferdinandi ad Cæsareos Vicarios & Consiliarios epistola.

Antequam autem ista commemorato modo in Austria agerentur, & Rex Ferdinandvs, à morte Cæsareæ Maiest. regimini ipso facto sese immisceret, mox ab initio, & ante inchoatam istam administrationem, sequentem ad relictos Cæsareos Vicarios & Cōsiliarios epistolam ablegari iussit:

Ferdinandvs Dei Gratia Hungariæ atq; Bohemiæ Rex &c. Generosi & Strenui, perdilecti fideles: Celare vos nolumus, quod Devs Ter Opt. Maxvmvs nobis nouam quamdam adflictionem & calamitatem immiserit, & inuictissimum, potentissimumq; Principem ac Dominum, Dominum Matthiam, dilectissimum Dominum consanguineum, parentemque nostrum, vestrum clementissimum Regem & Dominum laudatissimæ recordationis, hesterna luce matutina, circa IIX. & IX. horas, ꝑ temporalem mortē ex immundo hocce mundo ad, vti minime dubitamus, sempiternum

perpe-

M. DC. XIX.

perpetuæ quietis atque tranquillitatis portum euocauerit. Quum iccirco plenarium imperium Regni Bohemici, eiusdemue incorporatarum Prouinciarum, nobis, ceu fideli earumdem Regi, competat: iccirco cumprimis vos (qui à Regia S. M. Christianissimæ fidelissimæq; recordationis constituti vicarii estis) in eodem vestro Vicariatu, vna cum priori; quam habetis, instructione, ad vlteriorem nostram inordinationem vsq;, clementissime permanere iubemus, vobisque simul itidem clemētissime mandamus atque iniungimus vt aliis supremis officialibus Prouincialibus, iuris Prouincialis Adsessoribus, Aulico-Cameræ Consiliariis, præsentibus & absentibus personis ex Communitatibus Pragensium, aliarumque Ciuitatum, triste hoc malum nouum, mortem videlicet vestri ipsorumq; Domini, annuncietis, omneisque Consiliarios, & precipuas personas ex Cōmunitatibus, veteri laudabilique de more, ad lugubria adhortemini, iisdemque significetis, quod nos, tenore nostrarum Ordinibus Regni Bohemici sub inauguratione nostra Regia traditarum litterarum Reuersalium, omnia vniuersaliaque Prouincialia Priuilegia confirmare, eamdemque confirmationem supremo Burggrauio tramittere, & tum porro, auxiliante Dei Ter Optumi Maxumi gratia, ante omnia eo potissumum inclinare velimus, quo nostrum Regnum iterum pristino suo pacato pacificoque nitori & vigori queat restitui, inquilini & subditi in pace, amore & concordia perseuerare, atq; tamdem iura, iustitia, bonæ laudabilesque Constitutiones atque Sanctiones in suo flore conseruari possent. De quibus omnibus Generosus; perfidelis noster dilectus Adamus Wallensteinius, Capitaneus, & Prouincialis Aulæ Magister Regni Bohemiæ, in suo reditu latiorem deductionem instituere poterit. Confidimus itaq; ipsos, adeoque omneis inquilinos & subditos Regni Bohemiæ (quum omne illud, quod Ordinibus antehac promisimus, ipso etiam effectu & reipsa adimplere velimus) præstiti iuramenti, suique officii haud fore immemores, sed multo potius realem obodientiam debitamq; subiectionem nobis præstituros. Dabantur in ciuitate nostra Vienna die Iouis post diem Dominicam Quadragesimalem Iudica XVII. & XXVII. Martii A.C. M.DC.XIX.

Eiusdem littera confirmatoria Bohemorū Priuilegia concernentes.

Pari modo idem Rex FERDINANDVS, tamquam prioris demortui Imperatoris p. m. adoptiuus filius & Successor, nō solummodo

M. DC. XIX. modo, vti paullo ante diximus, imperium inchoauit, verum etiam, ceu electus coronatusq; Rex Bohemiæ, sequentem Priuilegiorum confirmationẽ Bohemis tramitti curauit: Nos Ferdinandus II. Dei gratia Hungariæ, Bohemiæ, Dalamatiæ, Croatiæ Rex: Archidux Austriæ, Marchio Morauiæ, Dux Luxenburgi & Silesiæ, Marchio Lusatiæ &c. Notum manifestumque facimus omnibus & singulis, tenore præsentium litterarum, quod promiserimus coronam Bohemicã conseruare, tueri, omneis Dominos, Equestrem Ordinem, Pragenses, aliasque ciuitates, & vniuersas Communitates modo commemoratæ Coronę Bohemicæ apud sua iura, Constitutiones, Maiestates, Priuilegia, libertates, immunitates Prouinciales, tam supra Relligionem, quam alia politica negotia: Itẽ apud Sanctionem Constitutionemq; Prouincialem, Decreta Conuentuum Prouincialium, cumprimis quæ A. C. M. DC. VIII. & A. C. M. DC. X. promulgata publicataq; sunt, vtriusque partis, tam sub vna, quam etiam sub vtraque, compositionem & transactionem, quemadmodum quoq; non minus inter Ordines sub vtraque, cum Principibus & Ordinibus Silesiæ in vniuersali Prouinciali Conuentu A. C. M. DC. XIX. ob Relligionis negotium sancitam coniunctionẽ (quę contra Relligionem sub vna nõ suscepta initaq; esse debet) apud omneis denique veteres ritus atque Consuetudines & Constitutiones, cumprimis priscæ laudatissimęq; recordationis Regis Ottogari, Regis Ioannis, Imperatoris Caroli, Regis Venceslai, Cæsaris Sigismũdi, Regis Albrechti, Regis Ladislai, Regis Georgii, Regis Wladislai, Ferdinandi, Maximiliani, Rudolphi, & Matthiæ, clementissimi Domini nostri consanguinei & Domini parentis, Romanorum Imperatorũ, tam apud omneis à Cęsarea S. Meditas datasq; obligationes, absque recusatione & vlla remora reipsa tueri ipso facto exequi & conseruare. M. DC. XIX.

Item promisimus nemini arcẽ Carlsteinum, vel coronam, aliaq; Prouinciæ clenodia, tabulam Prouincialem vna cum Priuilegiis, extra voluntatem Dominorum, & consilium Equestris Ordinis Regni Bohemiæ & Pragensium ciuitatum, quousque etiam sese extendant, tradere, vel eiusdem fidei concredere.

Item polliciti sumus, quod Regni Bohemiæ Constitutiones atque consuetudines sartas tectasque conseruare velimus.

Item

M. DC. XIX.

Item promiſſimus nullos exteros, Eccleſiaſtici, vel ſecularis Status, quam indigenas & Sympatriotas Bohemos ad aulæ Prouincialis, vel alia Eccleſiaſtica munia vſurpare, neque eoſdem, ceu præſidiarios, arcibus vel ciuitatibus Coronæ Bohemicæ imponere, vel eaſdem i, ſorum fidei committere, idque conſilio faciamus: quod etiam in aliis circumiacentibus Regnoq; Bohemię incorporatis Prouinciis ita obſeruari debet, quemadmodum tempore Caroli Cæſaris, aliorumq; Regum Dominorum noſtrorum Anteceſſorum obſeruatum fuit.

Item in nos recepimus, quod nullas Prouincias, Principatus, ciuitates, arces, aliaque ad Regnum Bohemiæ pertinentia bona à corona iſta abalienare, vel vllo quodam modo immutare, ſed multo potius, & vice verſa, ablata & detracta Coronæ iſti reſtituere velimus.

Item polliciti ſumus Bohemicę monetę ne quicquã detrahere, eandemue, abſq; totius Prouinciæ voluntate atq; conſenſu, extenuare, ſed iuxta immunitates & Priuilegia coronæ iſtius Bohemicæ, pro ſuo iure conſeruare.

Item à nobis quoq; poſtulatũ fuit, cui noſtri Domini Anteceſſores, Imperatores, & Reges Bohemiæ, aliquid tradiderint, & Ordinibus vni, vel pluribus perſonis, in Regiis, Eccleſiaſticis vel feudalibus bonis aſſecurationem præſtiterint, quod ea omnia ſeruare velimus: attamẽ ne illud Regis Vladislai laudatiſſimę memoriæ omniumq; Regni Bohemici Ordinum Priuilegiis aduerſetur.

M. DC. XIX.

Item Vniuscuiuſuis Ordinis iura, Conſtitutiones, Priuilegia, libertates, Conſuetudines, & immunitates, quantum quidem ad quemlibet Ordinem ſpectare videbitur, conſeruare promitimus: In cuius rei teſtimoniũ ad litteras iſtas Regium noſtrum ſigillũ adpendi mandauimus: Quæ dabantur in ciuitate noſtra Vienna die Sabbathi poſt reſurrectionem Domini & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti A. C. M. DC. XIX. Noſtrorum Regnorum, Hungarici primo, & Bohemici ſecundo.

Regis Ferdinandi, litteræ à Bohemis repudiatæ.

Haſce autẽ Regis FERDINANDI literas Bohemię Directores in diſputationem pertraxerunt, & in propoſito ſuo conſtanter perſeuerarunt, litteras patẽtes quoque ad valuas publicas adfixerũt: poſtquã videlicet DEVS TER OPTVMVS MAXVMVS, iuxta ſecretũ conſilium & diuinam ſuam volũtatẽ, (Cęſaream ſuam Maieſt. Regem atq; Dominum ipſorum ex lacrumoſa hacce miſeriarũ valle euocaſſet, Regni Bohemiæ hoſtes vero illud per vim vireſque

belli-

M. DC. XIX.

bellicas pessundare conarentur, eumque in finem, vltra alias conscriptas militareis copias, cottidie recentem militem in aliis exterisque Prouinciis conscriberent, eapropter omnes III. Ordines tamquam amatores Dei suæque Patriæ certum quoddã indictum per vniuersum Regnum constituere, omneisque quasi per horas in procinctu stare decreuisse imprimis quum illud ipsum summa necessitas ita requirere videretur.

Boucquoii circa Buduisam & Crumlauiam hostilia attentata.

Verum Regiæ suæ Maiest. clementissima erga Bohemos propensione, prædictaque Bohemiæ Directoribus & Ordinibus facta Priuilegiorum confirmatione nihil perficiente: iccirco Boucquoius è Buduisa & Crumlauia excursionibus, direptionibus, atq; incendiis agricolis & Prouincialibus magnum sane terrorem incussit. Vice versa vero Capitaneus Kinskyus M. equitibus & D. militibus sclopetariis Polnã versus sese contulit, circumiacentibusque in locis CCCC. Heiduceos nactus, multis ex iisdem cæsis opima tum temporis præda potitus est.

Selandi, occupata naui Hispanica, ingenti præda potiuntur.

Circa Aprilis initium Vlissingæ nauis quædam Selandica, ingenti præda onusta, quæ aliquot per menses fortunam suã experta fuerat, adpulit, cui non procul ab æquinoctiali linea Hispanica quædam varii generis pretiosissimis mercibus onerata nauis obuiam processit. Hispanis autem instantibus vt Selandi vela dimitterent, Hispani, Selandis refragantibus, crebris tormentorum sclopetorumque ictibus eosdem Selandos ab initio quidem grauissime infestarunt. Selandi igitur, Hispanorum hostilem impetum amplius non ferentes, Hispanos crebris tormentorum displosionib. adeo infestarunt vt necessario deditionem Hispani facere coacti fuerint: quo facto Selandi auro, argento, pretiosis lapillis, aliisque mercibus ingentem prędam vna cum ipsa naui Vlissingam versus deduxerunt.

Regii circa Buduisam partim cæsi, partim capti.

Paulo post, VI. nimirum huius mensis die, postquam Kinskyus per exploratores suos percepisset Regios Buduisam vsque excursionem fecisse, eapropter V. equitum turmis eosdem illico insecutus est. Depræhensis igitur in itinere Regiorum pręcursoribus, XX. ex illis mactauit, & quosdã cæpit, ex quib. intellexit CCCC. Regios equites & pedites palantes in Domini Schwanbergii prędia irruptionem fecisse, & XXX. currus varii generis alimentis pabulisque onustos secum abducere. Quo cognito Kinskyus decenti ordine progressus Regios in aper-

M.DC. XIX.

aperto campo fortiter aggressus est. Regiis autem minime consistentibus, sed in proximũ pagum recedentibus, & ex occupatis ædibus per tres horas integras strenue sese defendentibus, adeo vt Kinskianus equitatus ab aditu omnino arceretur, tandem, Ian-Georgio Solmensi Comite cum vexillo equitum sclopetariorum superueniente, & Domos quasdam duobus in locis incendente, Regii in magnas angustias coniecti deditionem facere coacti sunt. Quocirca 140. equites peditesq;, vna cum strenuo belli duce Prœsingio capti, cæteri maiori ex parte in conflictu isto perierunt. Et altera parte quidem pauciores ceciderunt, multi tamen equi eidem necati sunt.

Obsidionis Buduisiensis continuatio.

Circa idem hocce tempus Bohemi castra sua ante Buduisam, attamen è longinquo metati sunt: viceuersa Boucquoius in amplũ apertumq; campum amplas fossas duxit, & propugnacula excitauit. Binæ autem aduersæ partes adeo inter se inuicem tum temporis adpropinquarunt vt sclopeti displosione altera alteram tangere potuerit, vbi quidem neutra pars crebris incessabilibusq; tormentorum displosionibus alterutri pepercit: nihilominus tamen Bohemi, toto isto obsidionis tempore nihil memorabile gesserunt, sed, tempore temere insumpto, & excursiones aduersæ partis minime inhibere potuerunt.

M.DC. XIX.

Directorũ Bohemiæ ad Serenissi. DD. Electores, Palatinum atque Saxonem littera.

Postquam igitur Bohemici Directores percepissent quod indies maiores contra Bohemos militareis copiæ conscriberentur, eapropter sequentem molem bellicam concernentem epistolam ad Serenifs. Dn. Electores Palatinum atque Saxonem, mutatis mutandis ablegari curarunt:

Clementissime Domine Elector &c. Quemadmodum hactenus ad Sereniss. V. Cels. in extremis nostris periculis & angustiis nostrum semper sumpsimus refugium, eiusdemue Sereniss. Vestræ Celsit. Electoralem clementiam & clementissimam adfectionem multis modis (pro quo Septemuirali beneficio Sereniss. V. Cels. ingentes & agimus & habemus gratias) summisissimo studio persensimus: ita pari modo Serenifs. Vram Cels. neutiquam celare volumus, quod Regia Sua Maj. Ferdinandus II. ad à Cæsarea nunc in pace sancta requiescente Maiestate, Domino ac Rege nostro clementissimo, laudatissimæ recordationis, nunc temporis constitutos supremos officiales Prouinciales, iuris Prouincialis Adsessores, & Vicarios regni Bohemiæ (cumprimis vero ad Dominum Adamum à Sternberg, in Bechin)

M.DC. XIX.

perscripserit, & inter alia eidem clementissime significauerit, quod videlicet Regia S. D. eosdem apud priorem instructionem, & administrationem, vsq; ad vlteriorem Regiæ S. M. inordinationem clementissime rellictura fiet, quemadmodum istius è Bohemico in Germanicum idioma tralatæ epistolæ fide digna descriptio illud ipsum latius declaret. Ex quibus omnib. sane aliud colligi nequit, quam quod Regia Sua Dil. extra plenariam necessariorum requisitorum restitutionem, Regni huius, eiusdemue incorporatarum Prouinciarum, administrationem ad se pertrahere conetur, dum vigore paullo ante dictæ in genere ablegatæ epistolæ, eas ipsas personas, quæ maiori ex parte miserabilis huius confusionis, adeo magnæ cladis, Prouinciæ deuastationis, innocentisque sanguinis profusionis in hoc Bohemico Regno auctores & Coryphæi perhibentur, contra Euangelicorum Ordinum vnanime decretum, omniumque spem & expectationem, instinctu potissimum apud Cæsaream S. Majest. illinc adhuc commorantium Interessentium, ad alta priora sua honorum officiorumque fastigia iterum euehere easdemue pristinis suis dignitatibus restituere clementissime meditetur. Iuxta illud de hoc quoque coram Sereniss. V. Cels. summississime conqueri necessum habemus, quod post, respectiue, tam immaturũ subsequutum laudatissimæ Cæsareæ S. Maiest. obitum, & è mortali hacce vita excessum deplorandum, nihilominus hostiles militareis copiæ nũc, vti & antea in hac Prouincia commorentur, & deuastationibus ad hodiernum vsq; diem crudeliter pergant: vt iam taceamus quod è fidis fidorum hominum relationibus hinc inde perceperimus, quod in- & extra Sa. Rom. Imperium, præsertim vero in Italia & Belgio, grandes militarium copiarum conscriptiones atque præparationes bellicæ instituantur: quemadmodum paullo post Cæsareæ S. Maiest. obitum peculiareis aliquot Capitanei (inter quos & Capitaneus Fuchsius, & Lotharingici Delegati nomine Principis Lichtensteinii) cum literis patentibus, & plenaria instructione, tam equites, quam pedites conscribendi, Vienna discesserunt, & quorum hostiles conatus omneis contra nos & regnum hocce directi sunt.

Quibus grauissimis de causis nos permoti intermittere nequaquam potuimus, quin omnes istiusmodi dolosas hostium technas Sereniss. V. Cel. detegeremus, obsequiosissima spe atque fiducia

fieti.

M.DC. XIX.

freti, Serenissimam vestram Celsitudinem iuxta Electoralem Cels. suæ clementissimam erga nos adfectionem, in superiori ista nostra relatione indegetata periculosa grauamina clementissime considteraturam, &, tanquam hodiernus, Sacri Romani Imperii Vicarius, huic maxume coangustato regno, ceu præcipuo Sacri Rom. Imperii Electoratui, ope & consilio clementissime neutiquam defuturam. Pro quo clementissime nobis atque huic regno exhibito beneficio summississima nostra studia & obsequia Seren. V. Celsitudini obferimus. Dabantur in Pragensi arce 3. Aprilis, A.C. M.DC. XIX.

Eorundem ad Ducem Bauariæ summissa propositio.

Paullo post, 9. videlicet eiusdem mensis die, iidem ad Serenissimum Ducem Bauariæ epistolam ablegarunt, &, inter alia, eandem suam Serenissimam Celsitudinem humillimo obsequiosissimoque studio rogarunt, vt nimirum aduentanteis Hispanicæ militareis copiæ aditu intercluderentur, neque iisdem transitus concederetur, considerando quod non dumtaxat Coronæ Bohemicæ, eidem incorporatis atque nunc denuo vnitis Prouinciis, verum etiam ipsis laudatissimis Dominis Electoribus, aliisque Sacri Romani Imperij Ordinibus, immo Serenissimæ S. Celsitud. proprio Principatui, populis atque Prouinciæ maxumum inde periculum creari, atque adeo ad multas innocentis Christiani sanguinis profusiones ansa occasioque dari posset.

M.DC. XIX.

Ducis Bauariæ ad postulata Bohemorũ responsio.

Ad præcedentem istam Directorum Bohemiæ propositionem Sereniss. Illustrissimusque Princeps ac Dominus, Dominus Maximilianus Dux Bauariæ, &c. sequentibus hisce breuiter respondit.

Quamuis Cæsaream Suam Maiestatem summo studio & obsequio rogauerimus vt exoticarum istarum militarium copiarum trãsitus inhiberentur, atque adeo Prouinciæ, fidisque nostris subditis parceretur: nihilominus tamen, ad clementissimam atque peramicam modo iam dictæ laudatissimæ Cæsareæ Suæ Maiestatis Hungariæ Bohemiæque Regis instanter desideratam petitionem, cumprimis vero quod aditus per se in nostro Principatu apertus, & istiusmodi militareis trãsitus difficillime absque vi bellica inhiberi possint, desiderio isti Cæsareo satisfecimus, & transitum militi permisimus: potissimum vero vt maiora mala, atque metuenda pericula, à subditis nostris auerterentur, & quod exercitus ille nobis idoneam & S. Rom. Imperii Constitutionibus con-

M.DC. XIX.

formem cautionem præstiterit: tũ etiam cum illud ipsum aliquot Electores, aliiq; S.R. Imperii Ordines factitassent.

Ante exortos autem istos mõtus, tum etiam post illos, cumprimis exoptauimus vt huic serpenti malo in tempore idonea adplicata fuissent remedia, vt non tam vosmetipsi, quam alii etiam homines (qui iam immerenter atque adeo innocentissime patiuntur) ad exoptatam pacem peruenire potuissetis. Equidem etiamnum maiora sane pericula p̄caueri possent, si modo vos præposito, electo, coronatoque capiti, Regi & Domino vestro, debito obsequiosoque respectu submiseritis, &, quod fideles Ordines atque subditos decet, obsequium vestrum re ipsa demonstrauetitis.

Pompa funebris Britannicarum Insularum Reginæ facta.

De Serenissimæ Anglorum Reginæ obitu & tumulo paullo ante diximus. Postquam autem eodem in loco totum parentationis Regiæ actum omiserimus, eumdem igitur, in gratæ posteritatis gratiã, heic omnem inserendum operæ pretium duximus: qui potissimũ sequentem in modum supradicto 13. Maij die solemniter peractus fuit: Corpus Reginæ, quod visceribus exemptis, aromatibus adspersis, & vnguentis infusis vrna ferali conditum in ædibus defunctæ, quæ nomen à conditore Comite Sommersitzio habent, aliquot septimanis in secretiori cubiculo sub thoro columnis 4. suffulto, & serico nigro velato, cuius fastigio superiori cristæ aliquot nigrarum plumarum superimpositæ erant, requieuerat, aliquot paucis funeris elationem præcedentibus diebus in aliud aliudq; conclaue delatum & ita paullatim promotum fuit, vt propius ianuæ accederet, & ad egressum præpararetur, more haud absimili quem Romani olim seruabant, aduersa videlicet post afflatam animam cubiculo efferentes, & in ædium vestibulo ad ianuam tali situ collocantes, vt facie pedibusque essent in publicum versis. Funus ad defunctę domum indictũ, ibique conuentum, & per medi-tullium viæ, quæ longa est & spaciosa, rectaque ad ædem Vestmõsteriensem sepulturis Regiis dicatam mille præter propter passus deducit, processum inde fuit. Erat autem in via ista septum ligneum, opera tumultuaria eum in finem extructum, vt ab adfluentis, qui ex toto regno spectatum confluxerat, populi impetu funus concomitantes, & efferentes defenderentur, & in ordine nõ perturbarentur. Viginti senes capulares & decrepiti, qui annorum multitudine ciues omnes antecellere

M.DC. XIX.

M.DC. XIX.

lere putabantur, pullis amicti palliis bini præcedebant. Illos sequebantur mulieres ptochotrophæ, quadrinæ euntes, capita vsq; ad spinam dorsi demisso linteo candido, & corpora stola nigra velatæ, omnesque liberalitate Regia vestitæ. Earum membra sexaginta octo erant: secutus est virorum totidem membrorum comitatus, qui bini euntes pallia ad suras porrecta habebant, à quorum collarium lateribus duæ teniæ nigræ sericæ ad tergum dependebant. Erant autem officialium regiorum, tam ad Reginæ, quam Regis, & filii eius curam pertinentium famuli. Post hos duo incedebant tubicines, qui ex tubis vela serica nigra, in quibus defunctæ insignia depicta erant, appensa habentibus per interualla funebrem rudemque quemdam cantum personabant. Deinde duo chlamyde à collo ad vmbilicum vsque promissa, & ex quatuor insignibus pictis consuta amicti ibant. Illos sequebatur vexillarius trabea longa pulla indutus, vexillum, cui crux alba in campo cæruleo appicta erat, baiulans. Ordinem hunc comitabantur alia 79. virorum trini euntium membra, duo itidem tubicines, duo chlamydati, & vnus vexillarius, vexillum, cui crux rubra in campo albo appicta, præferens. Hinc iterum alia 29. membra, & vexillum albo nigrum cum cruce aurea insignitum. Postea adhuc alia 68. membra cum vexillo, in quo olor aureus & eques Georgius adpicti erant. Iterum deinde 26. mēbra habitu modoque sicut etiam priora. Mox 35. canonici, Vestmonsteriensis prælaturæ omnes, casulis siue vestimentis sacris, auro argentoque more phrygio pictis induti. Post illos sex pueri trini, amiculis linteis candidis velati, itabant, quos episcopus Londinensis solus habitu sacerdotali insecutus fuit. Eum iterum 6. pueri sequebantur, & post illos vir quidam sacrifico solus. Inter eundum illi nænias & funebria cantabant. Sequebantur porro 25. virorum togas longas gestantium, nempe magnorum Nobilium, Equitum, Baronum, bini incedentium membra, ibant quatuor tubicines, & vexillum in quo leo aureus: tum 18. membra consiliariorum & officialium regis, reginæ, & principis regni, inter quos nouem erant, qui bacilla oblonga candida portabant. Sequebantur deinde 6. tubicines, quatuor chlamydati, & vexillarius cum vexillo toto aureo, cui leo cæruleus lucidus, pede dextro cor humanum librans, adpictus erat. Ponè eum ibant 30. membra Procerum, Palatinorum, & Purpuratorum Regni

M.DC. XIX.

gni aulæque Regiæ, quos milords Angli vocant. Inter eos octo Episcopi erant, & Archiepiscopus Cātuariensis solus incedens. Ordinem hunc clausit Princeps Carolus, defunctæ Reginæ filius, longa trabea, seu toga equestri pulla indutus, cuius syrma seu tractū duo pullati proceres sustinebant. Tādem ipsum funus secutum est. Erat autē thorus columnis aliquot suffultus, quibus innitebatur tectum testudineatum, in quatuor partes deuexum, cuius extremis acroteriis cristæ plumeæ & vexilla parua adfixa erant, holoserico nigro totus vndiquaque obductus, & vehiculo eo fine præparato impositus, quod per sex equos serico pullo à vertice ad talos vsque velatos, & ad latera frontemque insignibus acu pictis adfixis, ornatos, plumisq; per quas vexilla minuta trāsfixa, in occipite cristatos pedetentim trahebatur. Priores duo equi à stratoribus, qui manibus lupata tenebant, ducebantur, auriga, qui cistulæ petorriti capite aperto insidebat, & continuos clarosque ploratus edebat, reliquos regente. Ad latera funeris & equorum stabularii aliquot dispersim ibant. Thoro ex cera expressa totius corporis effigies & imago, os vultumque ad viuum repræsentans, supina, & puluillo caput innixa recumbebat, coronam in capite, & sceptrum in manū sustinens. Vestitus flammeus intus, violaceus extra fuit, argento, auro gemmisque nitentibus intertextus. Subter thorum vrna feralis, in qua cadauer ipsum requiescebat, erat, quæ conspici in publico non poterat propter lecti stragulam vestem vndiquaque dependentem, & capulum eam operientem. Funus insequebatur equus spadicei coloris, ephippio fœmineo & dorsuali serico marini tinctus argento gemmisque pertexto instratus, phaleris superbissimis Regalique cultu ornatus, quē Reginæ strator, frenum dextra tenēs, ducebat. Pompam hanc excipiebat insignis matronarum puellarumque Chorus. Primo loco sola ibat Inlustris Domina de Arondel, tanquam magna Regni Threnotria, quam Mournar Angli nuncupant, duos ad latera Comites & ductores Nobiles, capitibus detectis ambulantes, duasque pone puellas, quæ vestis syrmata sustinebant, habens. Induta erat longa cyclade pulla, & occiput largo operimento nigro velata. Eam 38. matronarum Inlustrium, Comitum, Baronum, magnarum nobilium binæ euntium membra sequebantur, quarum quælibet ab assecla, aperto capite ad latus euntе, ductabatur. Vestitæ omneis ad modum magnæ illius Threnotriæ erant,

M.DC. XIX.

erant, nisi quod illius habitus augustior spatiosior, largiorque esset. Post illas 38. alia mēbra bina euntia, nobilium puellarum, ornatricum & ministrarum, quę albo ad vmbilicum vsq; , cætera pullo amictæ erant vestitu, incedebant. Earum plorantiū & eiulātium lachrymæ & voces videbātur audiebā urq;. Totā hanc pompā claudebant 35. mēbra satellitum & stipatorū Reginæ, Amazonias secures, in terrā retroflexis cuspidibus, portantiū. Hac pompa & apparatu ad ædem Vestmonsterensem processum. In illius medio machina lignea ex asseribus & tabulatis cōpaginata facta & erecta sericoque pullo obducta erat, cui thorus ille feralis impositus. Domina Comes de Arondel, in sella serico nigro velata, ante funeris faciē consedit. Circa eā Proceres primarii funus concomitati partim adsidebant, partim adstabant. Vbi omnis pompa templum fuisset ingressa, foresque occlusæ, Archiepiscop⁹ Cantuariensis suggestum ascendit, inque honorem defunctæ verba fecit. Textum & materiam concionandi ex Psalmo CXLVI. selegit, vbi scribitur: *Ne fidatis Principib. filio hom, in quo non est salus: egredietur spiritus eius, & in humū reuertetur: in die illa peribunt cogitationes eius.*

Cōcione autē ista finita Illustris Domina de Arondel ad Decanum Vestmonasteriensem, qui pollubrum aureum magnum ambabus manibus sustentabat, deducta fuit ibiq; in Procerum omnium cōspectu, reuerenti prius salutatione ter facta, aurum argentumq;, sacrificātis more, in pollubrum iniecit. Syrma vestimenti eius puellæ duæ nobiles sustentabant. Eam fœminarum Inlustrium chorus secutus est, binæ autem ibant cycladibus humum verrentes, & nihil sacrificantes, sed demonstrantes dumtaxat sese seruitio magnæ illius Threnotriæ alligatas honoris & famulitii caussa, secutas fuisse. Vbi illæ cum comitatu suo ad subsellia rediissent, Princeps Carolus, à præconū Primicerio ad decanum itidem deductus, aurum & argentum, sicuti magna Threnotria illa, obtulit, Camerario eius Syrma vestis ambabus manibus sustinente. Post eum custos sigilli, Wusterensis nempe à dextris, & Lenoxiensis à sinistris, præuio præcone, ad idem sacrificandi officium procedebāt. Hinc magnus Regni Camerarius, & cum eo Comes de Arondel, dein Comes Mongomeriensis solus, postea Comitum, Baronumq; inlustres fœminæ & matronæ sacrificarunt. Porrò Archiepiscopus Cantuariensis solus, & Cancellarius Regni sacculum suum, acu pulcherrime pictum, pro more portās, itidē solus ibat. Illos sequebātur primarii regni Comites, Episcopi, Vicecomites, Barones, Ve-

M.DC. XIX.

M.DC. XIX. xillarii, aliique regis & reginæ officiales. Peracto hoc sacrificandi officio, reginæ defunctæ administri, ante funus adstantes, & ter illud reuerenti pedum inclinatione salutantes, bacilla sua candida supra detectum caput frangebāt, quo significabatur officia eorum cum ipsa reginæ morte simul expirasse. Fragmina bacillorum præco funeri adposuit. Durantibus autem adhuc istis cæremoniis, cātu suauissimo vocali & instrumentali spectantium aures afficiebantur. Post hæc vexillarii, vnus post alterum, trina inclinatione facta, Principi vexilla in manus porrexerunt, qui accepta Decano tradidit, eo potissimum fine vt in ædis fornice, sicuti ibi moris est, suspenderentur. His omnibus modo, quem diximus, peractis, & populo dimisso, quilibet ad suos, nulla solennitate ordineue obseruato, se recepit.

Tumultus Metensis descriptio. Circa Maij mensis initium ingens in vrbe Metensi tumultus exortus est, idq; ex tali potissimum causa: Espernonio Duci ab Henrico IV. non Angolesmensis dumtaxat, verum etiam Metensis ciuitatis administratio permissa olim fuit, tali quidem conditione, vt ipso defuncto, ad masculam eius prolem ea perueniret. Hoc autem rex modernus posthabito promisso, possessionem administrationis istius alteri cuipiam post mortem Espernonii diiudicauit, quo ipso quidem ciues captata exinde occasione, ab Espernonii filii Marchionis Valettæ obsequio sese subtrahere, castellumque occupare decreuerunt: quem in finem aliquoties facto conuentu, & de isto suo proposito inter se inuicē deliberarunt. Valetta vero, eius rei in tempore factus certior, summo silētio in Lotharingia certum equitum peditumque numerum conscribi curauit. Ciuibus igitur desiderium suum nunc explere conantibus, Valetta, directis contra ciuitatem maioribus tormentis, conscriptas equitum peditumque militareis copias in arcem recepit, quæ magno furore ex castello in vrbem excursione facta, iuxta alia arma sinistra ardentem facem, sub brachio straminis fasciculum, & in cingulo pendentem securim gestantes, ciuibus ignem sanguinisque profusionem minatæ sunt, eosdemque simul ad armorum traditionem coegerunt, quo facto omnia eorum dē arma in arcem comportarunt. Postridie ciues omnia sua vasa argentea, numeratam pecuniam, aliaq; clenodia sua tradere, ruricolæ vero circumiacentes pabula, vinum & frumenta in vrbem inferre atq; propugnacula ante vrbem extruere vna cum ipsis ciuibus violenter M.DC. XIX.

M.DC. XIX.

ter coacti sunt. Cum igitur Rex eius rei certior factus fuisset, illico prouinciales in armis esse iussit. Consiliariis regni vero non armorum violentiam, sed saniora media suadentibus, considerando quod hisce neglectis, Valetta, sociis in auxilium vocatis, Diuodurum à corona Francica omnino auellere posset, ea propter Rex, rem conniuentibus oculis inspiciens, eamdem in priori statu indecisam relliquit.

Controuersia inter Galliarum Regem & Reginam matrem exorta sublatio.

Circa idem ferme tempus rex idem exortam cum Domina sua matre controuersiam, cuius supra mentionem fecimus, omnino sustulit, atque hoc modo pacem in vniuerso suo regno plantare voluit. Quocirca, Cardinale Rochefoucautio & Bethunio mediantibus, nomine Regis, Regiæque suæ Maiestatis Dominæ matris, tamdem in subsequentes articulos vtrimque consensum est.

Permissu Regis Regina mater aulam pro suo lubitu instituat, talesque personas publicis muneribus præficiat, quas ad eadem sustinenda dignas iudicatura est.

Similiter, iuxta ipsius beneplacitum, in vniuerso regno vel peregrinetur, aut sese, vbi modo malit, & apud ipsum quoque regem, contineat.

Omnibus donatiuis, censibus annuis, & concessionibus ipsi tã à demortuo Domino Rege, marito suo, vel moderno Rege, Domino suo filio, factis ad dies vitæ libere fruatur, debitaque restantia ipsi pro decenti more persoluantur.

M.DC. XIX.

Officiis, muneribus, & beneficiis, ex communibus censibus vel contributionibus dimanantibus, tam omnibus donatiuis pecuniariis, ob donationem propter nuptias ipsi factis, idoneas personas pro suo libitu præficiat.

Regia sua Maiest. quoque pollicetur, quod omnes istos proceres, præsertim vero Dominum Espornium, eiusdemue heredes, qui Reginæ matri in emigratione & secessione ex Blæsis operam suam locassent, & libere habere & tractare velit.

Omnes istos quoque Regia S. Maiestas in pristinis istis functionibus, officiis, beneficiis, & dignitatibus libere rellinquat, iisdemque omnes vrbes, arces, prædia, &c. quibus forsitan à Dominæ Reginæ matris successione priuati fuerunt, absque vlla recusatione & contradictione restituat, vtque censibus & redditibus suis impedite fruantur, constituat.

Omnes & singuli similiter, qui vel per iudicia, aut alias ob causas ex aula & regno sese contulerunt, reuocentur, captiui vero absque

M.DC. XIX.

vlla mora & tergiuersatione pristinæ & plenariæ suæ libertati restituantur.

Pari modo omneis & singuli, qui Dominam Reginam matrem ex arce Blæsis secuti sunt, ab omni inclementia, quo nomine etiam ista appellari possit, liberétur, nec vllis inquisitionibus vel persequutionibus imposterum onerentur aut molestentur.

Dominæ Reginæ matri omnes pecuniæ, quas ante secessionem suam mutuo sumere necessum habuit, intra duorum mensium spacium restituantur.

Et tandem Regia ista resolutio & consensus, iuxta eiusdem formam atque tenorem, intra 6. septimanas per omnia regni parlaméta certo confirmentur.

Actum & promissum Engolismæ per supradictos Dominos, Cardinalem Rochefoucautium & Bethunium, vi acceptæ à Regia sua Maiestate plenipotentiæ.

Lodoicus

Philippeaux.

Comitis à Thurn

POstquam hocce tempore Bohemici Directores laudatissimis superioris Austriæ Ordinibus ingens periculum ingentemque ruinam Prouinciarũ, à peregrino conscripto exercitũ hactenus factam, indiesq; adhuc metuendam tam oretenus, quã literis aliquanto neruosius & copiosius significassent, eaq; de causa Bohemos ad confœderationem sollicitassent, (in quam sane Bohemiæ, tam supe-quam inferioris Lusatiæ Ordines consenserant) Moraui auté ad eamdem sese accommodare noluissent, eapropter Comes à Thurn/ accepto ex Praga à Bohemiæ Directoribus mandato, 20. die April. 16. equitum peditumq; miliib. in Morauiam sese contulit, Iglauiamq; absq; vlla oppidanorum resistentia occupauit. Quo facto vlterius progressus, Trebitzã, Morauicam Buduisam, Peldenberckam prælaturam, Bruckam monasterium & Znamam (quam vrbem sane Tampirius nimis sero præsidio firmare decreuerat) pari modo sibi subiugauit, in quo conatu tamen Bohemico militi rapinæ damnique illationes, sub pœna suspendii fuere prohibitæ, quem in finem inquilini & prouinciales prædictum Comitem, eiusdemque exercitum, eo lubentius admiserunt.

M.DC. XIX.

excursiones in Morauiam.

Ex altera parte Silesii, Principatui Troppauiensi imposito præsidio,

M.DC. XIX.

fidio, duo oppidula, Lipnitzam & Rhenitzam in Morauia videlicet, occuparunt, & exinde Olmucium versus progressi sunt, quæ quidem Ciuitas exemplum Pilsense & Buduisense, ob recepta præsidia, sibi mature ob oculos posuit.

Cardinalis Diethrichsteinii aliorumq; procerum ad Comitem à Thurn epistola.

Cum itaq; Cardinalis Diethrichsteinius probe perspexisset, sese Bohemorum exercitū extra Prouinciæ limites coercere haud posse, & sufficienti succursu pro tempore destitutū esse, eapropter per Goldhusium, eius Secretariū, Comitem à Thurn certiorē reddidit se quidem ad subscribendum Vnioni promptū paratumq; futurū, attamen non eo fine quasi sibi vel metueret, aut Regem repudiaret. Similiter & alii Romano-Catholici Prouinciales proceres, cumprimis vero Princeps Lichtensteinius suos ad Comitem à Thurn legatos ablegarunt, & tutum Principem versus accessū petierunt, quo commodius & citius, ipsis ita præsentib. Vnionis istius articuli concluderentur quod quidem ipsis haud difficulter & decenti modo concessum est.

Domini Poppeli ad Comitē à Thurn epistola.

Interea 20. huius mensis die, Dominus Poppelus Capitaneus Prouincialis, ob incursionem istam in Morauiam sequentem ad Comitem à Thurn epistolam ablegauit:

Salutem & officia: Clementiā vestrā celare haud possum, quod videlicet, diuersis ex locis, à fide dignissimis viris perceperim Clement. V. cum certo quodam copiarum militarium numero non dumtaxat ad fines Marchionatus Morauiæ, verum etiam ipsam in Prouinciam secessisse. Quum itaque hæcce Prouincia à Regia sua Maiestate Domino meo clementissimo meæ fidei commissa fiet, intermittere non potui nec debui, quin hácce meam epistolam ad Cle. V. ablegarem, eamdemue peramice rogarem, vt videlicet, quum huc cum copiis suis appulerit, sese clementer resoluere minime dignaretur. Cuius rei gratia à Clem. V. rotundam responsionem resolutoriam expectamus, eidemue omnem prosperum successum ex animo precamur.

Comitū ad Poppelianam epistolam responsio.

Hanc ad epistolam Dominus Comes sequentibus respondit: S.P. & officia. Quum C.V. per peculiarem suam singulari studio ad me exaratā epistolam ex me quæsierit, quibus nimirum de causis ex Bohemia cum copiis meis militaribus in huncce Marchionatum Morauiæ secesserim, extra omnem dubitationis ponimus aleam C.V. pro singulari sua prudētia easdem minime fore incognitas.

Ad me quidem quod attinet,

M.DC. XIX.

quicquid factum est, illud ex mandato factum est, & vna mecum duco omnem ferme regni Bohemiæ equestrem Ordinem, qui auctoritate & existumatione graueis viros, Dominos suos consanguineos, adfines, & fratres sub per amica specie visitat, &, apud bene sibi cupientes, bona, corpus ipsamque adeo vitam impendere paratus est: econtra vero illos ipsos, qui hactenus sacrum charitatis, concordię, atque coniunctionis vinculum inter nos dissoluere conati sunt, &, quod regnum Bohemiæ barbaro prorsus modo, direptionibus, ferro, ignique multis in locis crudeliter deuastatum est. omne suum studium contulerũt, atque adeo manifesti nostri hostes sunt, persequi, &, auxiliante diuina gratia, cribro purgare meditetur. Quam autem prouinciæ istius administratio C. V. demandata fiet, iccirco C. V. commisso suo officio ita satisfaciat, vt inde honorem, laudem, & à Prouincialibus gratiarum actionem reportare queat. Hisce &c. Dabantur Znamæ 30. die Aprilis, A. C. M. DCXX.

Rerum in Morauia gestarum continuatio.

Circa finem mensis Aprilis Euangelici Ordines Znamæ frequenti numero conuenerunt, & exinde Prinam versus ad conuentum prouincialem sese conferre decreuerunt; Quocirca Comes à Thurn eosdem Ordines fidelissime adhortatus est, vt, ingentis imminentis periculi caussa propositum suum mutarent, Wallensteinium & Nachotium strenuos belli Duces siquidem iisdem (Ordinibus) struere insidias: sin vero in proposito suo perseuerare, & ab itinere haud desistere meditarentur, tunc iter illud absque magno comitatu minime perficere deberent. Interim quoque cum illis de confœderatione tractatum est.

M.DC. XIX.

Hæc dum Znamæ agerentur Wallensteinius cum suis militib. quibus cum Olmucij aliquandiu commoratus fuerat, ad Hungariæ limites, prope Schalitzium & Lebaram, sese conferre, & ita Hungaricas militareis auxiliareisque copias ab ad. ta Morauiæ arcere decreuerat, cui insuper & Tampirius, & Nachotius cum mille suis equitibus sese coniungere, Hungarica auxilia in Morauiam introducere, atque ita, durantibus adhuc Prouincialibus Comitiis, Olmucium & Prinnam occupare debuerant. Verum aliquot Ducum istorum milites defecerunt, & potiores ab obsequio sese abstraxerunt, cumprimis vero Nachotiani equites in aperto campo facto circa Ducem suum circulo, imperium Ducis scire instanter desiderarunt. Cum autem ipsis litteras Capitanei Prouincialis Mo-

Nachotiani equites à Duce suo deficiunt.

M.DC. XIX.

Morauiæ ostendisset, solenniter protestando palam confessi sunt, sese non ab ipso, sed ab ipsa prouincia eiusdemq; Ordinibus conscriptos, iisdemque sacramento militari obligatos esse: quocirca vlterius progredi noluerunt, sed cum Ducis supremo Locumtenente Stubenuollio Prinnam versus recesserunt, atque ita bini isti Duces paucis cum militibus sese ex prouincia alia in loca contulerunt.

Prinna ab Euangelicis Ordinibus occupata.

Ordines Euangelici itaque rei huius certiores redditi, Znama relicta à Duceque Schönlinstgyo, vna cum 800. equitibus, secum assumpto, relictis post se duobus vexillis præsidiariis, 2. die mensis Maij Prinnam venerunt, collocatisque ante vrbem in aperto campo 7. turmis equitum, cum vno Cosaggorum vexillo in vrbem sese contulerunt, ab equis descenderunt, & in Austerlitzianis ædibus habito consilio vltra horam illinc minime commorati sunt. Lundenburgio igitur è fenestra istarum ędium ciues interrogante, num laudatissimorum Euangelicorum partes sequi vellent, ciues vnanimi omnium consensu affirmatiue responderunt: Quo facto ad arma conclamatum, Cosaggisque ad occupandas portas demandatum est. Posthac Germani equites in vrbem recepti sunt. Occlusis itaque portis, & præcipuis vrbis locis præsidio munitis, Ordines & ciues, in foro carbonario (auff dem Kolmarckt) congregati, circulo inclusi sub dio erectis digitis solemne iuramentum præstiterunt: Cumque hoc ipso in actu delegati Iglauienses, in vrbem admissi, curru Ordines ciuesque præterire voluissent, illico curru descendere, ac simul cum ipsis Ordinibus & ciuibus idem iuramentum præstare necessum habuerunt.

Ordinum Bohemicorum in Silesia reformatio.

Postæc Ordines ad Dominum Cardinalem sese contulerunt, eumque sat asperis verbis interrogarunt, num videlicet sibi de Wallensteinij & Nachotii insidiosis conatibus quidpiam constaret, ac simul Generalatum ab ipso postularunt. Qua de re vehementer exterritus Cardinalis sese nullius rei esse conscium protestatus est, Generalatum vero quod attineret, eosdem rogauit, vt ad præcauendum ludibrium, paucis dumtaxat diebus negotio isti moram nectèrent, seipsum siquidem ad officii istius resignationem paratum esse pariterque Ordinum violentiam deprecatus est. Quo peracto Ordines, ad Dominum Carolum Tscherotinum sese conferentes, eumdem de Nachoti clandestino consilio interrogarunt, qui similiter asperioribus verbis interro-

M.DC. XIX.

gatus, rei istius ignorantiam prætendens, sese, quantum potuit, excusauit. Inde ad Principem Lichtensteinium digressi illumipsum de Nachotianis conatibus interrogarunt, qui eadem, ceu cæteri, ignorantia sese excusans, omnem beniuolentiam immo proprii sui sanguinis profusionem ore, dataq; manu Ordinibus est pollicitus. Post hæc Senatus vna cum ipsis ciuibus, postulatus atque interrogatus, quur, absq; voluntate atq; præscitu Ordinum, 150. milites conscripsisset arciq; Spilbergensi præsidium imposuisset, illud cum consensu communitatis factum esse respondit, quæ tamen illud ipsum illico pernegauit. Quocirca milites isti, quamprimum ex arce euocati, & à Senatu militari Sacramento absoluti, Ordinib. peculiari iuramento prius præstito, operam fidemque suam addixere eosdem iterum arci isti præsidio imposuere, acceptisque à Senatu vrbis arcisque clauibus easdem supremo Locumtenenti Stubenuollio (qui circa Maij mensis initium cum Nachotij mille equitibus Prinnam iterum venerat) commiserunt & parum tum temporis absuit, quod ignobile vulgus consuli & Archigrammatæo, quemadmodum Pragæ factum, violentas manus non intulisset.

Biduo post, 3. videlicet die Maj circa 9. & 10. vespertinas horas, Ordines 12. personas, & ex illis Dominum Heyssenbachium, ad Cardinalem miserunt, qui data fide nõ sine profusis lachrumis delegatis sese obstrinxit, quod videlicet absq; Ordinum præscitu loco secedere nollet, idque simul tũ temporis à Domino Tscherotino præstitum & vtrisq; duæ equitum turmæ in custodiam datæ sunt.

Postridie Ordines iterum conuenere, & de commutandis omnibus officiis inter se inuicem sententias contulere, vbi simul de conducendis nouis capitaneis, de abrogando Senatu Romano-Catholico, Iesuitis vrbe totaque Prouincia expellendis, templo, D. Iacobo sacro, occupando, in eodemque ad instans S. Pentecostes festum concionando decreuere, ac tandem eodem adhuc die ab iisdem de indicendis comitiis Prouincialib. vti factum, & audiendis Austriacorũ delegatis decretũ est.

Delegatorum Bohemicorum in conuentu Prinnensi facta propositio, &c.

Octauo huius mensis die delegati Bohemici in Prouinciali conuentu Prinnensi, & magna Dominorum Ordinum frequentia, inter alia oroposuerunt, quod nimirum, Domini Moraui cum Bohemis sese unire, vires bellicas coniungere, & ad ulteriorem deliberationem cum aliis confœderatis populis de salute & pace prouin-

cia-

M.DC. XIX.

ciarum consultare ne dedignarentur; ad quam ipsorum propositionem grata acceptaque ipsis facta est responsio. Eodem ipso die circa 11. antemeridianam horam Iesuitæ à Morauicis Ordinibus per decretum, quod ante biduum conceperant, ex Prouincia relegati sunt, à quorum digressu magnum Prinnensi in suburbio exortum est incendium, quo decem ædeis in cineres redactæ fuerunt. Postquam autem illud Iesuitis imputatum fuisset, illico L. equitibus 32. ex eorum numero in vrbem reuocati, in curia custoditi, attamen eius rei innocentes deprehensi, loco Wallensteinii & Nachotii vero ab Ordinibus Morauicis mille equitibus & duobus peditum millib. Fredericus Tieffenbachius, Ladislaus Wellenus, & Zerodinus summi belli Duces præfecti sunt.

Comes à Thurn relicto Laaba præsidio, Viennam Austriacorũ tentat.

Comitem à Thurn Bohemicis cum castris Laabam versus sese contulisse, & peregrina præsidia ex vrbe postulasse suo loco diximus. Quamprimum igitur Capitaneus Prouincialis Dominus Hofkirchius Comitis Fürstenbergii milites eduxisset, prædictus ille à Thurn ilico ex suæ fidei commissis copiis militaribus vrbi tam diu præsidium imposuit, donec inferioris Austriæ Ordines ipsi militem conscripsissent, eumdemque dictæ isti vrbi præsidio imposuissent, toties nunc commemoratus Comes cum castris suis recta Viennam profectus est. Cum vero ad pontẽ Viennensẽ 2. die Iunii venisset, declinans statim versus sinistram ad Fischerum oppidum milites nauigiis per Danubium traduxit.

Bohemorum interim turma aliqua, sub Ladislai Imperio, in D. Hungaros, ad Boucquoium properantes, incidit, ortaque pugna maximam partem trucidauit.

Sexto eiusdem mensis die Comes, Viennam adueniens, suburbium statim occupauit: clausis itaque portis, vna tantum, quæ ad rubram turrim est, necessaria ad victum asportantibus interdum aperiebatur.

Ordines itaque, missis ad Comitem octauo die Iunii Legatis, cur tanto cum exercitu venisset eum interrogarunt, cum nescius tamen non esset nec sibi, nec Bohemis, quicquam ex vrbe ista iniuriæ illatum esse, & si quid esset, quomodo illud componendum putaret?

Mirari autem se respondit Comes talia ipsos dicere, cum tamen eiusmodi exercitũ (Hungaros intel-

M.DC. XIX.

telligens) introductum in Bohemiam, & transitum ipsi permissum scirent, qui cædibus, rapinis, & incendiis loca omnia infesta reddidissent, & tanta in eos crudelitate sæuiissent, vt maiorem sane exercere tyrannidem ne iuratus quidem Christiani nominis hostis potuisset. Ipsos siquidem ne infantibus in vtero materno pepercisse, honestas matronas, trucidatis partim, partim pedes manusque ligatis, & tam fœdo spectaculo adhibitis viris, constuprasse, virgines plorantes & eiulantes violasse, quin immo ne à puerperis quidem, cuius turpitudinis speciem Benschouiæ nuperrimo tẽpore editum fuerit, abstinuisse. Rumorem præterea sparsum esse expectari ex locis aliis alios nihilo meliores, vt dubitent in mentem venire christiano homini vnquam posse, vt tanta tyrannide in christianum itidem proximum suum desæuiat, cum tamen omnis humana ratio ab ea abhorreat, & natura ad solũ eius auditũ obstupescat, maxime cum nec relligionis respectum vllum habuerint, nec à sacris virginum cœnobiis sibi temperarint, sed omnia diripuerint, deuastarint & dehonestarint.

Super hæc omnia illud eos agere certis indiciis cognouisse, vt hoc modo salutare illud confœderationis negotium interturbetur. Cupere igitur, vt reuocato Hungarico & alio milite, nullus amplius in regiones istas introducatur: Sin minus, aliter quidem facere non posse, quam vt vim vi repellant, & intentatam sibi tyrannidem modis omnibus propulsent. Quicquid itaque facturi sint, responsum vti quamprimum expediant petere.

M.DC. XIX.

Paullo ante de synodo nationali à Theologis Dordraci habita, verba fecimus. Ea 4. præcedentis mensis Maij die finita, & conclusionibus eius contra Arminianam doctrinam factis, in templo, præsentibus plus quam tribus auditorum millibus, latino sermone publicatis, Vnitarum Prouinciarum Ordines, Hagæ-Comitis congregati sententiam in Janum Olden-Barnefeldium, Hollandiæ & Occidentalis Frisiæ ante hæc tempora Aduocatum, pronunciarunt, capitis eum supplicio destinantes. Exeqvutioni dies 13. Maij dicta fuit. Eo appetente, vt ad mortem sese compararet, ipsi significatum, & Theologi duo, Antonius Wilesius & Ianus Lamotius adtributi fuerũt. Excitatum autem summo mane in arcis area pegma siue theatrum & arenæ cumulo opertum fuit. Horam circiter tertiam matutinã milites ad arma tympani pulsu con-

Ianus Barnefeldius 4. Hollandiæ aduocatus, securi percussus.

M.DC. XIX.

conuocati sunt. Interim accedentes ad examinatorum aliquem duo eius (Barnefeldi) filii, nihilq; apud eum deprecatione sua proficientes domum sese iterum contulerunt. Congregatis iam, & ad stationes suas distributis militib. Examinatores in arcem ascenderunt, spectatorum vero ad tria vel quatuor millia arcis aream occuparunt. Accersitus deinde ad Examinatores iudicesque Barnefeldius, de omnibus, quæ confessus fuerat, interrogatus fuit, cumque vera esse omnia affirmasset, in extructum pegma illud procedere iussus est. Horam circiter 9. cum inter Ianum Lamotium & ministrum quemdam suum medius, tunica talari nigra indutus, in pegmate isto comparuisset, procidens cum Theologo, & relliquis ibi præsentibus, in genua, preces ad DEVM TER OPTVMVM MAXVMVM fudit: Quibus finitis tunicam suam, iuuante eum ministro, deposuit, thoracem exuit, &, vitta dormitoria capiti, tremulis nonnihil manibus, imposita, oculos sibi ipsi obuelauit. Adductus deinde per ministrum suum ad arenarum tumulum in genua iterum procidit, remotaque intecula, *In manus tuas Domine*, inquit, *commendo spiritum meum*: Quo verbo finito caput ipsi per carnificem vno ictu abscissum fuit. Finē hunc Barnefeldius habuit, vir ætate & auctoritate valde conspicuus, qui, annum 73. adsecutus, scipione iam nitebatur. Corpus eius, applicato rursus ad collum capite sicuti erat vestitum, in vrnam conditum, & in arcis templum delatum fuit.

M.DC. XIX.

Confessionem eius Ordines publicis literis cognoscendam omnibus sequentem in modum exhibuerunt: Barnefeldium, inquiunt, tametsi non ignorarit permissum nemini esse Vnionis fundamenta, quibus Prouinciarum Belgicarum suffulta administratio contra vim & insidias hostium omnes tuta hactenus per Dei gratiam perstitit, conuellere, ausum nihilominus fuisse, relligionis statum peruertere, & Ecclesiam Dei perturbare. Eo enim fine absurdas, & Reipublicæ perniciosas propositiones excogitasse, & adhibita etiam aliorum opera in populum disseminasse, quod nimirum quælibet Prouincia potestatem habeat pro lubitu suo in relligionis negotio disponendi & prouincia vna alteri præiudicare hac in parte non possit. Contra Nationalem synodum, ausu proprio, & nemine iubente, protestationis formulam Hollandiæ, Vltraiectensis, & Transisulanæ, prouinciarum nomine, concepisse, qua in solemni Ordinum confes-

Eiusdem confessio, ab Ordinibus typis publicis diuulgata.

M.DC. XIX.

su ad secuturum ex Synodo ista incommodum probandum vterentur. Posthabitis omnibus Principum Procerumque admonitionibus, omnia ad commodum publicum promouendum pertinentia reiecisse. Ad obtinendum finem suum multis etiam potentissimis principibus imposuisse, & falsis narrationibus Ordinum Oratores seduxisse. Cum Britanniæ Regis Oratore egisse, vt, si quid de relligionis negotio, Regis istius nomine, scriberetur, id ad Hollandiæ Ordines seorsim mitteretur, misso tamen prius ad se litterarum istarum exemplari, & sententia sua de iis explorata, vel litteris etiam ipsis ad se deriuatis. Ad Galliarum Regem, Hollandiæ & Frisiæ Occidentalis nomine, scripsisse, Synodi Nationalis indictionem non recte sub Generalium Ordinum nomine factam esse, addita petitione, ne quem ad Synodum istam ex Regno suo venire permitteret, sed Hollandos potius contra prouincias alias iuuaret. A Britanniæ Rege litteras quasdam, ad propositum suum promouendum pertinentes, per insidias impetrasse, quas ad se prius missas correxerit, & ad Regis Oratorem remiserit. Litteras istas Generalibus Ordinibus quidem obtulisse, sed quomodo & qua ratione easdem acceperit dissimulasse, & vt nullam eius rei apud præsentes tum in Anglia Ordinum Legatos mentionem faceret, Oratorem regium monuisse. Per Oratorem istum plures eiusmodi litteras impetrare postmodum conatum fuisse. Cum vero id non successisset, Regem, quod turbarum in regionibus istis exortarum auctor fuerit, calumniatum fuisse.

Id deinde egisse vt ad officia Ecclesiastica Theologi eiusmodi, qui sinistris opinionibus infecti essent, ad politica vero, quos idonea conatibus suis perficiendis instrumenta fore non dubitarent, adhiberentur. Ipsis porro auctorem fuisse, vt habitis variis conuentibus de conuenientibus, ad propositum istud suum perueniendi, mediis deliberarent, & inuitis etiam relliquarum prouinciarum Ordinibus, quod sibi rectum videretur, Hollandiæ, Frisiæque Occidentalis nomine, concluderent: cum ipse tamen, Conuenticula ista in bene constituta Republica illicita esse, negare non potuerit.

De editis aduersus veræ relligionis adsertores edictis abrogandis numquam cogitasse, sed id potius operam dedisse vt suspectis peregrinorum, Puritanorum, & Flandrisantium nominibus defor mati, odiosi omnibus redderentur,

M.DC. XIX.

M.DC. XIX.

tur, & ſubditi aduerſus Magiſtratum concitarentur. Non ignoraſſe quidem prouincias omneis variis quibus ipſe ſæpe interfuerit, tractationibus obligatas inuicem eſſe, vt reformatam & in omnibus Prouinciis acceptatam relligionem amplectantur & defendant, hoc tamen neglecto politicum etiam ſtatum turbare auſum eſſe, vt ita finem ſuum eo facilius adſequeretur. Eo n. fine diſſenſionum inter Prouincias incendiũ excitaſſe, & 8. ciuitatũ deputatos ſibi conciliaſſe, qui, habitis conuentibus ſeſe inuicem informarint, vt ſcirent quid in Ordinum conuentu proferendum & ſtatuendum eſſet. In iſtis conuentibus decretum primo de certis quibuſdam doctrinæ capitibus imposterum ſeruandis factum eſſe. Rigidam iſtã, quæ 4. die Auguſti A. C. M.DC. XVII. publicata fuerit, reſolutionem ſe auctore factam eſſe. In ea vero legitimi magiſtratus decreti eleuari & annihilari, ciuitates varo, vt videlicet illis minime pareant, ſed militem proprium conſcribant, ſeſeque ipſos tueantur moneri. Quin & præfectos & alios Hollandiæ, Friſiæque Occidentali iureiurando addictos magiſtratus ad reſolutionẽ iſtã ſeruãdam obligari, Duces militiæ & milites ipſos autem vt Ordinibus ſtipendia ipſis ſoluentibns, & ciuitatibus, vbi in præſidiis ſint, obtemperent, aliorum mandatis omnibus poſthabitis, ſub pœna exauctorationis, moneri. Inde factum eſſe vt primariæ quæque in Hollãdia ciuitates de copioſo milite ſibi proſpexerint, talique ſacramento obligarint, vt in ſuis ſolummodo officiis eſſet, & ſibi ſolis aduerſus omnes, etiam Generales Ordines, & Principem Mauritium ipſum, ſi quid contra ius & libertatem ſuam moliri contingeret, præſto eſſet & obtemperaret.

Reſolutionis iſtius beneficio effeciſſe, vt certi à ciuitatibus Commiſſarii eligerentur, qui, inuito Principe Mauritio, ſupremo militiæ Præfecto, conſtitutum paſſim in præſidiis militem nouo & peculiari ſacramento obſtringerent, addita exauctorationis, ni id facerent, comminatione. Paucis diebus poſt editam reſolutionem iſtam Vltraiectum ſe contuliſſe, ibique primarios quoſdam Proceres Statuſque monuiſſe vt maiorem adhuc militum manum ſub alio, quam Generalium Ordinum, iuramento conſcriberent, & ſub relliquorum præſidiariorum ſigna diſtribuerent, cumque Generalibus Ordinibus hoc ipſorum factum ſuſpectum eſſet, & abſtinendum ab eiuſmodi conatib. monerent, auctorẽ ipſis

fuiſ-

M.DC. XIX. fuisse, vt conficta aliqua honesta ratione id palliarent, & ad prohibendam seditionem comparatũ dicerent: cum tamen minime ignorauerit defensionis istius negotium Generalibus Ordinibus vi Vnionis totum competere, & præsidium iam satis in vrbe esse. Suo præscitu & consensu conceptum fuisse iuramẽtum istud, quo nouos istos milites Vltraiectenses sibi obligarint, & ad neminem alium, præterquam ad sese solos, attendere iusserint. Cumque rumor aliquando de Principis Mauritii ad vrbem istam aduentu sparsus esset, litteras ad eum ab vrbis istius Ordinibus, se auctore & suasore, missas fuisse, quibus moneretur vt ab itinere isto abstineret. Litteris porro etiam ad Ledenbergium datis, vt nimirum excubiæ ad portas constituerentur, &, si quis forte exercitus aduenirer, tã supra, quam infra Licum probe attenderetur, eum monuisse, lectasque litteras igne comburendas petiisse. Octo ciuitatum deputatis nouæ alicuius confœderationis, cuius beneficio finem istum suum adsequerentur, auctorem fuisse.

Tractationem istam per Hogerbetum Syndicum ad Morsbergium misisse, & omnia eius capita diligenter notari petiisse, syndicum istum Vltraiectum statim cũ eo profectum esse, &, vt similis ibi quoque tractatio institueretur, effecisse, Ordinum namque deputatos decretum similiter de arctiori confœderatione & defensione suscipiẽda tum fecisse. M.DC. XIX. Cum vero primarii quiq; ciuitatis consentire in decretum istud recusarent, cum consule Polano, Hagæ-Comitis tum temporis commorante, egisse, vt vel litteris ipsis persuaderet, vel ipsemet domum reuersus, vt assensum decreto isti præberent, efficeret. Consulem quidem monitis eius satisfecisse, Senatum tamen, cum animaduerteret quo fine ista fierent, permittere noluisse, vt aliquid à deputatis statueretur, cuius causa ad arma venire necesse esset. Cumque Ordines Vltraiectenses, pro sumptibus, quos in nouos istos milites expendere cogebantur, redimendis, Commissarios quosdam Anno superiori Hagam-Comitis misissent, & tractationem eos cũ Principe Mauritio suscipere de ciuitate militibus istis liberanda iussissent, auctorẽ Ledenbergio, qui in commissariorum numero erat, priuatim fuisse ne mentionem ei9 rei apud Comitem Mauritium facerent, sed aliud quiddam proferrent, cum tamen nescius non esset, quantis cum molestiis & difficultatibus exercitum istum sustentare ciuitas cogeretur. Habita

M.DC. XIX. ta deinde à Ledenbergio, Hanio, Hogerbeto & Grotio in Vtenbogarti ędibus, de legatione ista supprimenda, deliberatione, effecisse, vt Grotio legatos nequicquam eorum, quę in mandatis haberent Principi Mauritio aperirent, verbis asperis monente, legati isti re infecta domum redierint. Abeuntes porro monuisse ne in nationalem synodum consentirent, sed milites in armis retinerent, & diligentem portarum totiusque ciuitatis suæ rationem haberent, hoc insuper addito, darent operam vt cum aliis Hollandiæ ciuitatibus tractatio, de suppeditandis ad militum sustentationẽ sumptibus, susciperetur, & negotium communi omnium opera perficeretur. Ea de re cum 8. ciuitatum deputatis etiam egisse; apud Schohofenses, vt videlicet destinatam ad communem totius Regionis defensionem pecuniam ad nouos istos milites sustentandos, conuerterent. Aliis persuasisse, vt sua de contributionib. faciundis, decreta ad peculiares quasdam & Reipublicæ non parum perniciosas conditiones restringerẽt. Principem Mauritium, vt auctoritatem eius hoc modo eleuaret, variis calumniis onerasse, idq; eum agere dixisse, vt absolutum sibi regionum istarum dominium compararet. Hoc quidem eo ipso tempore fecisse, quo opera & consilio eius Respublica maxume opus habuerit. Calumniam istam in consilio suorum asseclarum primum sparsisse, mox deinde etiam ad loca alia occultis litterarum notis retulisse. Senatum Lugdunensem per certum noctu ablegatum hominem moneri curasse, vt Principem Mauritium venturum in vrbem istam scirent, & propterea quid faciundum sibi esset cogitarent, adque vicinas ciuitates alias id referrent. Factum inde esse vt horologia non sonarent, milites & ciues media nocte ad arma vocarentur, vicinæ vrbes celeribus equis de imminenti periculo monerentur, & ciuitatis portæ sequẽti die non aperirentur, donec de Principe Mauritio, ad locum quendã alium proficiscente, nuncius aduenisset. Omnia ista eo fine fecisse, vt videlicet Lugdunensibus persuaderet Principem Mauritium hostile quiddam aduersus ciuitatem istam moliri. Summo mœrore affectum esse cum audierit Brielam præsidio à Principe Mauritio Generalium Ordinum nomine munitam, atque, ita, ne milites alii inferri in vrbem istam possent, prohibitum esse. Statim igitur ad Ciuitatum Hollandiæ & Occidentalis Frisiæ deputatos litteras Vltraiecto dedisse, & moneri ciuitates relliquas, ne idem & ipsis

M.DC. XIX.

ipsis accidat, petiisse. Pro alienando à Generalibus Ordinibus & Mauritio principe conatum esse persuadere militibus quod ciuitatibus singularum Prouinciarum, à quibus nimirum stipendium suum acciperent, iuramento obligati, essent, illis igitur obedientiam præstarent, & vel Generalitati, ipsique Mauritio Principi, si quid inuitis ciuitatibus, in quarum præsidio essent, moliri ipsum contingeret, reluctarentur. Cumque Generales Ordines, animaduertentes noua ista præsidia nequaquam abrogari, Principem Mauritium Vltraiectum mittendum esse decreuissent, id egisse, vt Hogobertus & Grotius cum aliis quibusdam ciuitatum consiliariis eo mitterentur. Eos vero Vltraiectensibus, Hollandiæ & Occidentalis Frisiæ nomine, omnem operam obtulisse, &, ne dimitterentur, sed potius augerentur præsidia ista lapidem omnem mouisse. Eo enim fine litteras ipsis dedisse tali quidem sensu ad milites eorumque præfectos scriptas, quod oporteret eos ciuitatib. stipendia ipsis soluentibus, & singularum Prouinciarum Ordinibus obtemperare, omniaque, quæ decernerent, in actum producere, nihil contra vel tentantes, aut tentari ab aliis permittentes. Affirmasse præterea mandatum istud Principis Mauritii, de nouis militibus exauctorandis, factæ cum Vltraiectensibus Vnioni plane contrarium, quin immo vim esse quam vi repellere, eodem quo Hispanorum aliquando repugnatũ fuerit potentiæ modo liceret, cũ tamen in demonstratione sua con fessus ipsemet fuerit, violenta eiusmodi consilia Hispanica ad statum Prouinciarum plane subuertendum directa esse. Inde factum vt Hogerbetus & Grotius, habitis Vltraiecti cũ Ledenbergio & quibusdam aliis consiliis, de mediis Principi Mauritio & Ordinib. Generalib. repugnãdi, præsidiaq; vetera ab obedientia ipsorum abducendi cogitarint, munitiones nouas fecerint, & tormenta quædã ex armamentariis produxerint, Morsbergio & Ledenbergio, non deesse ipsis qua ad propositum suum peruenirent, dummodo de stipendiorum ex Hollandiæ prouincia accipiendis solutionibus, certi esse possint, occasionem significantibus. Secreta prouinciarum consilia aliis aperuisse, & con fœderationem aliquam primariã, propria auctoritate, ac si solus rerum potiretur, recusasse. Iudiciorum præfectis impedimento variis modis, ne officio rite fungerentur, & iustitiam administrarent, perfide admodũ aliquoties fuisse. Ab externis quibusdã Principi-

M.DC. XIX.

M.DC. XIX.

cipibus & rebuspubl. multa munera, magnamque sæpe pecuniæ summam accepisse, nullam tamen eius mentionem, apud quos decebat, fecisse. Omnem deniq; dedisse operam, vt statum Reipublicæ perturbaret, & principem *Mauritium* omnibus periculis exponeret. Inde factum, vt Status in Statu, nouæ in veteribus confœderationes, & vniuersalis totius reip. confusio perturbatioq; existeret, ærarium omnium exhauriretur, æs alienum maxumum côtraheretur, inter unitos subditos ingens dissensio oriretur, omnia denique ad exitium componerentur. Cum igitur facta & attentata ista tam nefaria & perniciosa fuerint, à deputatis ad causam istam cognoscendam iudicibus Aduocatus iste ad mortem condemnatus, & capitali supplicio, vti diximus, affectus fuit.

Eadem Barnefeldiana confessio ab Ordinibus ad particulares Prouincias missa.

Confessionem hancce Generales Vnitarum Prouinciarum Ordines ad particulares Prouincias miserunt, & plura adhuc alia à deputatis ad causam istam iudicib. relata ad se significarunt, ex quib. facile cognoscere fuerit ad prouinciarum hostem oculos directos habuisse, omniaque ita moderatum fuisse, vt eum non modo non offenderet, sed gratiam etiam & beniuolentiam eius sibi compararet. Cum vero ita comparata ea non fuerint, vt iudicari de iis sine ulteriori inquisitione potuerit, quæstionem autem magis accuratam adhibere, ætatis, & præstitorum Prouinciis multorũ officiorum ratione adhibita, verentur, & causæ totius decisio executioque moram longiorem nequaquam pateretur, exposita illa confessionis eius capita sufficere ad exẽplũ in eo statuẽdũ iudicasse.

Ledenbergi cadauer ad patibulum suspensum.

Postridie eius diei, quo cadauer Barnefeldii in arcis tẽplo nullis ceremoniis nullaque adhibita pompa funebri sepultum fuerat, sententia in LedenbergI, qui violentas manus sibi iniecerat, cadauer talis fuit, vt nimirum vrna, in qua conditum erat, vinculis ferreis probe munita, ex vrbe protraheretur, inque paratam eo fine crucem adacta suspenderetur. In Grotium & Hogebertum sententia 18. talis pronunciata fuit, vt habita multorum intercessionis ratione, vitâ quidem donarentur, ad certos tamen annos captiui tenerẽtur, bona vero ipsorum, cum LedenbergI & BarnefeldI bonis, fisco applicarentur.

Morauicorum Ordinum cõtra Societatẽ Iesu decretum proscriptoriũ.

De proscriptione Iesuitarum & Comitiis Prinnensibus paullo ante diximus. Intemperie Bohemica autem magis magisque indies adcrescente, eapropter Morauiæ Ordines contra eosdem Iesuitas sequens Edictum promulgari curarunt:

Nos

M.DC. XIX.

Nos N.N.N.Domini, Equites, & personæ ex ciuitatibus & inquilinis Marchionatus Morauiæ, Euangelico-Orthodoxæ relligioni addicti, & verum Corpus, verumque Sanguinem Domini ac Seruatoris nostri Jesv Christi Svb Vtraqve Specie rite percipientes, hodierno die Prinnæ congregati: Notum manifestumque facimus omnibus & singulis tenore præsentium harum litterarum, vbicunque etiam istæ legantur vel audiantur, cumprimis vero vbi illudipsum necessitas postulauerit, quatenus videlicet nobis à Dominis Ordinibus Regni Bohemiæ non solummodo hoc per typis diuolgatam Apologiam, verum etiam per multa alia diuersimoda, hac ipsa de re hinc inde edita scripta atque documenta, significatum fuerit, immo per se omni mundo cognitum perspectumque fiet, quot quantæque nimirum dolosæ technæ & insidiæ, instinctu potissimum sectæ Iesuiticæ, in comemorato isto regno Bohemiæ depræhensæ, adeo vt per eamdem multi proceres è medio sublati fuerint: ad periculosa itidem bella, immanes innocentissimi Christiani sanguinis profusiones, & grauissimas seditiones iidem isti Iesuitæ hactenus, semper & vbiuis ferme gentium, ansam occasionemque præbuerint: quemadmodum etiam à fide dignissimis certiores reddimur eosdem Iesuitas hodiernarum seditionum, per quas Marchionatus Morauiæ, patria nostra dilectissima, non dumtaxat ære alieno grauiter pressa, verum etiam in extremam perniciem præcipitata est, auctores extitisse.

Eosdem igitur pro istiusmodi impostoribus fallacibus, perniciosis, seditiosisque hominibus (qui à dandis malis & falsis consiliis minime desistant) & habemus & publice proclamamus, eumque in finem illos ipsos in perpetuum ex hocce Marchionatu Morauiæ proscribere decreuimus.

Quocirca vobis Rectoribus, Magistris, Ludimoderatoribus, omnibusque adeo in genere Iesuitis, qui in hocce Marchionatu Morauiæ, tam in Ciuitatibus, quam in pagis, vel quibuscunque aliis etiam in locis commoramini, seuere admodum iniungimus, vt nostris ad vos ablegatis Dominis Commissariis, absque vlla mora, claues templorum collegiorumque vestrorum tradatis, ex hocce Marchionatu, patria nostra dilectissima, mox à publicatione literarum istarum patentium, secedatis, nec vmquam in modo dictam istam nostram patriam redeatis.

Sin

M.DC. XIX.

Sin vero quisquam ex perniciosa vestra secta, vbicunque locorum etiam ille siet, contra hocce nostrum mandatum in Morauiæ Marchionatu deprehensus fuerit, is absque vlla gratia atque clementia, etiam inauditus in vitæ amissionem incurret.

Quum itaque vobis certa nostra voluntas cognita atque perspecta siet, iccirco maxumopere vobis præcauendum erit, ne forsitan in hocce nostrum mandatum impingatis, ne seueriorem animaduersionem contra vos inuertere necessum habeamus. In premissorum fidem &c. Prinæ 6. Maij A. C. M.DC.XIX.

Tampiriani interea milites, accepta à Duce suo potestate, tantam in inferiori Austria crudelitatem exercuerunt, vt etiam vel ipsos Christiani nominis hostes infensissimos, Turcas videlicet, superare viderentur. Sparso igitur rumore, Comitem à Thurn / hac aliisque de causis in regiones istas descensurum, eapropter Euangelici inferioris Austriæ Ordines, pro malis istis adferendis aliquo remedio, lamentabilem epistolam ad Regem Ferdinandum ablegarunt.

Bohemiæ Directores de Ferdinandi Regis ad electionem Francofurtum vocatione apud Saxoniæ Electorem conqueruntur.

Ferdinando Rege à Moguntino electore ad electionem noui Imperatoris Francofurtum cum aliis Electoribus vocato, Bohemiæ Directores literas ad Saxoniæ Electorem dederunt, & illegitime factum id esse, ex eo fundamento demonstrarunt, quod extra controuersiam omnem verum sit, Electionis ius non personale, sed reale esse, & Electoratui non tanquam personæ, sed tanquam rei alicui competere, ita vt nemini sine reali Electoratus alicuius possessione, saluis Imperii legibus Aureæque Caroli IV. Bullæ constitutionibus, competere, illud possit. Hoc igitur præsupposito Electorem rogarunt, vt difficili hoc & periculoso statu, consilio & opera salutari sibi subueniret, remque omnem ita dirigeret, vt nihil in Bohemiæ regni præiudicium, & aureæ bullæ imminutionem hac in parte fiat. Ad petitionem hanc respondens Elector, non dubitare, inquit, quin quod Moguntinensis Elector fecerit defendere & rationes facti istius reddere possit. Ad se quod attinet, petitionem ipsorum arduam admodum & ita comparatam animaduertere, vt ad se solum eius deliberatio minime pertineat, sed ad totum Electorale collegium remitti merito debeat. Velle igitur cum reliquis Electoribus ea de re agere, nec dubitare, quin quid facto opus hoc casu sit, salutariter prospecturi, & quod ad dignita-

M.DC. XIX.

tem Electoralem minuendam faciat, nihil permissuri sint.

Bohemi sub Mansfeldio militantes caesi.

Boucquoius acceptis de exercitu, quem in Belgio collectum, prono Danubio descendere in Bohemiam paulo ante diximus, mille cataphractis equitibus & multis insuper singulis diebus accedentibus, amplianda esse castra sua & paulo amplius, vt capiendis militibus (erant enim aduentantium ad duodecim millia) sufficerent extendenda ratus, Assumptis itaque Lauenburgico Saxoniae Principe, Tampiriensi item & aliis militiae praefectis, 8. Iunij, cum quinque millibus, qui maximam partem Walones & Hungari erant, ad Nodlitium, vbi sexaginta sclopetariorum praesidium à Mansfeldio constitutum erat, applicauit. Erat vicus iste munitionibus aliquot firmatus, itaque cum non potiri eo Hungari statim possent, igne accensum totum deformarunt. Inde Tirnam versus promotis castris, cum retulissent ad eum aliqui, quinque equitum Bohemorum turmas sub Mansfeldii imperio militantes comparuisse, mille cataphractis equitibus cum magna equitum peditumque externorum manu in insidiis collocatis, solos Hungaros, quod insolens non erat, in occursum Bohemis tendere, eosque pugnando ad insidiarum locum protrahere iussit. Hoc quo minus fieret, intempestiuus cataphractorum feruor effecit, illis enim visis ad communitum quendam vicum equites Mansfeldici regressi, cum relicto ibi peditatu suo sese coniunxerunt. Cum videret igitur Bohemos instructa acie ad pugnam se parare & displosa quod secum habebant campestri tormento equitatum suum ferire, ab vtroque eos latere oppugnandos censuit. Tampirensi igitur cum Hungaris & Germanis sclopetariis à sinistro latere eos aggrediente, ipse cum cataphractis & externis equitibus aliis à dextris in eos mouit. Orta est pugna ingens & cruenta, quae ad horas sex continuata mortem ab vtraque parte non paucis attulit. Mansfeldius tandem viribus impar cum subsistere aduersus tantam vim non posse se videret, fuga elapsus vitam conseruauit. Victoria parta pars militum quoque cum Ringrauio & officiariis quibusdam aliis in potestatem Boucquoii peruenerunt. Supellex militaris fere omnis cum tormento quo vsi fuerant, & onustis commeatu vario curribus aliquot intercepta simul fuit, effecitque strages ista, vt excitato ab

Hun-

M.DC. XIX.

Hungaris in vico Sablotensi incendio, igne simul & ferro Bohemi coangustarentur. Interfectorum numerus incertus fuit, dilapsis præsertim fuga non paucis Mansfeldicis, ex syluis ad castra reuertentibus atque ita desideratorum numerum subinde minorem reddentibus. Mansfeldius dius Pragam paulo post aduenies desertum se ab Hohenloio Comite & expetitum subsidium impetrare non potuisse se conquest⁹ est. Directores vero vt decimus quisque vsque ad quintum paratus in armis esset imperarunt, munitiones nouas ad Laurentii montem excitarunt, præsidio maiori ciuitatem firmarunt, & Turrensem Comitem ex Austria velocib. equis reuocarunt.

Fronbergensis arx & loca alia à Boucquoio occupata.

Soluta hac ratione Bohemorum ad Buduitsium obsidione, cũ liberam iam excurrendi potestatem Boucquoius haberet, Wittiganiam, Tinam, Lamischium & loca alia intercepta ad obedientiam Regis perduxit, cumque Fronbergensis arcis deditionem facere præsidiarii milites recusarent, vi summa eam expugnauit, multisque quæ traducta in eam à vicinis nobilibus proceribusque erant, bonis potitus fuit. Idem deinde etiam de Rosenberga oppido factum, multique passim in terrorem aliis trucidati sunt, tribus fere Regni territoriis miserabiliter deformatis, & primariis Dominis Sviofscio, Malouitsio, cuius Fronbergensis arx fuerat, & aliis incomparabili damno affectis.

M.DC. XIX.

Turrensis Comes Vienna relicta in Bohemiam redit.

Quo modo Turrius Viennam vexauerit, supradiximus, dum autem ibi cum exercitu hærebat, multæque ab vtraque parte conflictationes factæ sunt, suburbium ex vallo fortiter oppugnantib. præsidiariis & ædificia non pauca displosione assidua prosternentib. Accepto igitur de clade Mansfeldii, & Bucquoij in Regnum irruptione nuncio, cum simul à Directoribus Vienna reuocaretur, solutis, re infecta, castris, abiit & Fischeti per dies aliquot, dum rediret, quem Posonium ad Hungariæ Ordines in causa confœderationis miserat, Dieffenbachius, cum exercitu substitit, quo reuerso in Bohemiam exercitum reduxit, & Neuhusium 22. Iunii assecutus, ad castra Bohemica, quæ Sabislauiæ tum erant, porro contendit. Cognito aduentu eius ab excursionibus sibi quodam modo Bucquoiani temperabant, Hungari vero in terminis suis continere se non poterant, itaque cum Silesii aliquando milites in eos incidissent, de mille & quingentis, trecenti circiter cæsi fuerunt.

M.DC. XIX.

Bohemi ad obedientiã à Rege Ferdinando frustra monentur.

Rex interea monere Bohemos non destitit, vt iuramenti sibi præstiti ratione habita ad obedientiam se componerent, verum illi ne responso quidem Regem dignati ad futura mense Iulio comitia rem omnem remiserunt.

Gretsna oppidum & arx à Boucquoio occupata.

Boucquoius ne tempus frustra prætermitteret, cum duabus machinis & septendecim equitum peditumque millibus progressus, oppidum & arcem Gretsensem 24. Iunii obsedit. Imperata deditione cum qui arcem cum trecentis præsidiariis tenebat præfectus facere eam constantissime negaret, Walones quidem impetum magno feruore fecerunt, sed reiecti fortissime ad octoginta, ducentis grauiter vulneratis, desiderarunt. Ad sequentem diem Hungari doliis & rebus aliis in fossas coniectis iisque expletis insultum parabant, at hoc viso præsidiarii cum viribus sese inferiores fore putarentur, vt armatis decedere & sarcinas suas secum efferre sibi liceret, pacti sunt. Præfectus quidem cum onusto rebus variis curru arce egrediebatur, sed sarcinas colligere & instar aliorum curru in arcem remisso, efferre, vexillum etiam in arce relinquente vexillario, conatus fuit. Inde ad Weitram progressus, oppidum illud similiter, præsidio cum explicato vexillo dimisso, occupauit.

M.DC. XIX.

Patefacto iam in Austriam aditu, direptionibus loca omnia infesta reddita, & in incolas ferro flammaque crudeliter sæuitum fuit, multis ad pecuniam extorquendam suspensis, & defunctis etiam terra vt annulis, si quos in digitis haberent priuarentur, erutis.

Comitia à Directoribus Pragam indicta.

Pragæ interim comitia à Directoribus indicta ad 23. Iulii fuerunt, promulgato tali programmate: Causas habere inquiunt grauissimas, propter quas conferre cum Proceribus & Regni Ordinibus cogantur, Eas salutem patriæ eiusque ab exercitu vindicatione ac salutarem pacis in ea instaurationem comfirmationemq; concernere. Diem igitur Comitiis 23. Iulii dixisse, & monere atque petere, vt pridie eius diei Pragam omnes adueniant, & necessariam secum de salutaribus turbis istis adhibendis remediis, liberandaque ab interitu patria deliberationem suscipiant. Edito hoc programmate Solmēsis cum in octingentos Husaros incidit, eosque in fugam quadringentis & amplius cæsis multisque comprehensis, vertit, & prædam quam secum ducebant eximiam recu-

M.DC. XIX.

recuperauit. Buduissii vero exortū incendium ædificia non pauca subuertit.

Ferdinandus Rex Francofurtum ad electionem proficiscitur.

Appropinquabat interim præstitutum electioni noui Imperatoris à Moguntinensi Electore tempus. Ferdinandus itaque Rex rebus omnibus Viennæ constitutis, & vicaria administratione Leopoldo Archiduci commendata, iter Francofurtum 15. Iulii die Vienna discedens, ingressus est. Antequam autem abiret, à quibusdam Statibus de peregrino milite abducendo, ingentis quod ab eo extitisset, damni, commemoratione adhibita admonitus fuit, illis vero responsum est, si Turrensem in regiones istas non inuitassent, supersedere multis incommodis potuisse, quo cognito animaduertendum in autores aduentus istius Ordines petierunt.

Viennenses inermes redduntur.

At Leopoldus vt pacem in vrbe conseruaret & ciues ad reditū vsque Ferdinandi Regis tranquilli essent, inermes eos reddendos censuit, eoque fine edictum eiusmodi promulgauit, Regem Ferdinandum, inquit, quandoquidem grauis admodum & molesta ista militum intra & extra vrbem copia sit, pestis etiam & aliorum morborum ab inquinatione & multitudine variorum hominum immodica periculum omnibus immineat, nec tamen propter ciuium dissidia & pericula externa alia militem omnem dimittere & præsidio ciuitatem nudare consultum videatur, 11. Iulii decreuisse, vt parte aliqua militum abdicata, ciues omnes tam Catholici quam Protestantes arma sua deponerent eaque in peculiari quodam & securo loco asseruarentur, mandare igitur, vt omnes & singuli ciues arma sua superiora hastas nempe, sclopeta, bombardas cum pilis, plumbo, nitrato puluere, funiculis & aliis id genus ad ciuitatis armamentarium sponte sua deferant, sed ad inquirendū etiam in arma ista deputatos admittant, & quicquid armorum eiusmodi reliquum in ædibus forte sit, fideliter ipsis asseruandum tradant, nec sub vitæ & bonorum omnium amissione amplius quid armorum istiusmodi coerceant ædibusque suis inferant. Qui vero arma eiusmodi venalia habent, tabernas & officinas suas claudant; iisque obseratis claues deputatis tradant, vt ita periculum omne vitetur, & milites abduci secure possint, cum enim solum edicti istius finem esse, nec in præiudicium ciuitatis cedere illud vlla ratione debere.

M.DC. XIX.

M.DC. XIX.

Moguntinus Elector ad electionem N. Imperatoris Francofurtum aduenit.

Cum tempus electioni noui Romanorum Imperatoris destinatum, decimus nempe, seu, secundum stylum nouum, vigesimus Iulii dies adesset, Elector Moguntinus JOHANNES-SUICHARDUS, horam circiter decimam antemeridianam, vrbem splendide ingressus est. Erant in comitatu eius illustres præ aliis JOHANNES-REINHARDVS Comes Hanouio-Bipontinus: Jacobus ab Eltz Capituli Moguntinensis Decanus: Iohannes Reinhardus à Metternich aulici consilii præses: Ludouicus ab Vlm Imperii Vice-Cancellarius: Petrus-Ernestus à Stralendorff L. Baro: Adamus-Philippus, Dominus in Cronberg, Ferdinandi Regis & Archiducis Alberti Camerarius & Eques: Lamoralis, Baro de Taxis: Ferdinandus à Mucquenthal: Iohannes-Philippus à Hoheneck Consiliarius & Eques: Iohannes-Carolus à Schœnberg Consiliarius: Iohannes-Fridericus à Lantsberg: Iohannes-Philippus Cnebel Consiliarius: Iohannes-Philippus à Rodenstein Consiliarius: Menricus-Greifenclo à Volrat: Iohannes-Henricus ab Eltz: Damianus-Walportus à Bassenheim: Iohannes-Daniel à Cronberg: Iohannes-Eberhardus Cnebel Consiliarius: Iohannes Salentinus Faustus à Stromberg: Iohannes-Philippus Speth à Suifalt: Iohannes Ludouicus à Kerpen: Iohannes-Wolffgangus à Leien: Philippus-Iulius à Wetter: Daniel à Gutten: Gottfridus Riedesel: Henricus-Ernestus à Kerpen: Iohannes-Adolphus Spiessius: Fridericus Vlnerus: Philippus à Rodenstein: Iohannes Suichardus à Sickingen: Melchior ab Hatzfeld: Wolffgang-Iohannes à Dalberg: Iohannes-Ioachimus à Reiningen: Ioachimus-Greifenclo à Volraht: Philippus-Ludouicus Hundius à Saulheim: Philippus à Partheim: Hadrianus à Gatzfeld: Nicolaus Gereon Doctor, Cancellarius: Casparus Fleischbein L. Consiliarius: Iohannes Rudigerus Consil. Ad sacra requisiti: Stephanus Weberus Suffraganeus Moguntinus: Fridericus à Sickingen Vicarius in spiritualibus: Iohannes Coppius aulæ Diaconus: Georgius Sartorius Medicus: Totus comitatus constabat trecentis triginta quinque personis, ducentis triginta sex equis.

M.DC. XIX.

Electoris Saxoniæ Legati ad electionem N. Imper.

Sub vesperam eius diei Iohannis Georgii Electoris Saxoniæ & Imperii pro tempore in tractu Saxonico Vicarii, deputati ad electionem Legati, Wolffgangus

M.DC. XIX.

Franco-furtum aduenitit.

gus Comes Mansfeldensis : Esaias à Brandenstein in Oppurg: Wolffgangus à Littichau : Gabriel Tunsel, U. J. D. Anshelmus Arnoldi Secretarius aduenerunt, habentes in comitatu personas quadraginta, & totidem equos.

Electoris Palatini Legati Franco-furtum aduenitit.

Sub vesperam sequentis diei Friderici Quinti Electoris Palatini & Imperii in tractu Rhenano, Sueuico item & Francico pro tempore Vicarii, Legati Francofurtum aduenerunt, nempe Iohannes Albertus Comes Solmensis : Iohannes-Christophorus à Grun: Volradus à Plessen: Henricus-Theodoricus à Schonberg: Ludouicus Camerarius U. J. D. Andreas Paulus : Iohannes-Fridericus Schloer Doctor: Georgius. Fridericus Pastor Doctor: Iohannes-Ioachimus à Rusdorff Consiliarius aulicus: Iohannes-Eberhardus ab Eltz : Iohannes Mendelius à Steinfels : Iohannes-Conradus Blarerus à Geiersperg : Iohannes-Albertus Iunior Comes Solmensis : Iohannes-Georgius à Grun : Iodocus-Paulus à Gotsloff : Laurentius à R-uenslau: Iohannes-Theodoricus à Tsesch : Fridericus-Lanschadus à Steinach : Iulius à Damm : Abrahamus Sculketus Sacræ Theologiæ Doctor: Martinus Hausmannus: Ernestus Alchbrunnius, & Officiarii Ministrique alii.

M.DC. XIX.

Brandenburgensis Electoris Legati Franco-furtum aduenitit.

Die duodecimo Iulii Iohannis-Sigismundi Electoris Brandenburgensis Legati: Adamus Gans Dominus in Putlitz : Fridericus Pruckmann J. U. D. Christianus à Bellien: Samuel à Winterfeld: Ioachimus Fridericus Gans Dominus in Putlitz: Leuinus Ludolphus ab Almensleben: Iohannes-Georgius à Pudeuels : Adamus à Bahre: Iohannes à Daluitz : Dietlofius à Bellien: Buso ab Almensleben : Adamus à Winterfeld: Christophorus Dreherus : Fridericus Lutterus: Iohannes Cernitius: Christophorus à Witstrauch: Iohannes à Rhot: Iohannes Christophorus à Bellien: Iohannes-Sigismundus à Lucdeuitz : Reimarus à Bradau: Nicolaus à Kederitz Francofurtum aduenerunt, habentes in comitatu suo personas octoginta tres & sexaginta tres equos.

Coloniensis Elector ad electionem noui Imp. Franco-furtum aduenit.

Postero die horam circiter tertiam postmeridianam FERDINANDUS Archiepiscopus & Elector Coloniensis Francofurtū ingressus est. In comitatu eius erant Fridericus Comes Hohensollerensis supremus aulæ magi-

ster

MDC. XIX.

ster & Camerarius: Ernestus à Linden in Reckum, Camerarius & supremus stabuli magister: Stephanus à Wrede in Meschede: Arnoldus à Bucholtz Præpositus Hildesheimensis: Theodoricus à Reck: Egon Comes Fürstenbergensis: Volradus Comes Waldeccensis: Ernestus Fridericus Comes Salmensis: Ernestus Comes Marchiensis: Philippus-Theodoric⁹ Comes Mäderschitensis: Carolus-Ernestus Vicecomes in Dornal: Carolus de Baex, Domiminus in Rade: Henricus à Dittling in Odenhausen senior: Dionysius de Potiers Dominus in Fenff: Eberhardus de Celle Vicecomes de Inhefinne. Melchior de Milschede in Almen: Adolphus Ratz à Frentz, Camerarius: Adolphus-Sigismūdus Ratz de Frentz, Camerarius: Theodoricus à Vehlen Camerarius: Fridericus de Westphalis Camerarius: Gaudentius in Weix: Adolphus-Henricus Canonicus: Wilhelmus de Westphalis: Henricus Walpottus à Passenheim: Fabius Albergæti: Johannes à Melder: Iohannes-Henricus Schellius à Bell in Ebertsheim: Wilhelmus Horrion in Hell: Ludouicus Aressius: Wilhelmus Scheifert cognominatus Wisweiler: Ernestus à Mirbach cognominatus Hennesf: Wilhelmus à Scheiffert cognominatus Clermont: Iohannes-Wilhelm⁹ Schalsen in Mulheim: Henricus Degenhardus Schall in Bell: Philippus à Schœnberg: Bertramus ab Haselrad: Alexander à Vehlen. Wolffgangus-Henricus Viereck, Iohann-Wolffgang de Salis: Iohannes de Vicon: Iohannes de Berlo: Henricus Hanxler: Iohannes à Plettenberg: Iohannes à Schuansbeck: Iohannes-Arnoldus à Wachtendunck: Adamus Quadus in Bischfeld: Ernestus à Vehlen: Eduardus Veris: Iohannes Hagen: Christophorus Mintzlerus U. J. L. Arnoldus Prum cognominatus Aldenhofen U. J. D. Daniel Schilling Secretarius: Arnoldus Heufft Secretarius: Petrus Hulsmannus Secretarius: Iodocus Tilmannus: Guilhelmus Portugall: Iohannes-Casparus Vngspeck: Melchior Hagenacker: Theodorus Loeper: Petrus Wineus confessarius: Christophorus Stephani: Henricus Geringius Medicus: Benedictus Schwendius: Petrus Milsmann⁹: Florentinus Hostellerius: Wilhelmus Landru: Iohannes Weibel. Comitatus totus quadringentis quadraginta sex personis, & ducentis septuaginta tribus equis constabat. Quotquot igitur ducenarium excedebant numerum, ad

M.DC. XIX.

Treuirensis Electoris in vrbem Francofurtensem aduentus.

ad vicinum ciuitati pagum, Obertadium nempe secedere destinati sunt.

Die 15. Iulii Lotharius Archiepiscopus & Elector Treuirensis Francofurtum aduenit. In Comitatu erant Carolus Comes Manderschitensis: Christophorus Comes Leiningensis: Carolus Comes Lenoncurtensis: Iohannes Henricus L. Baro Reiffenbergensis: Theodoricus Canonicus Horstensis: Carolus de Metternich: Emmericus de Metternich, Canonicus: Iohannes Zandius à Merle: Iohannes Gortzensis cognominatus Sintzig: Guilhelmus de Metternicht Eques ordinis San Iacobi: Iohannes-Iacobus Dominus in Ettz & Beffer: Lubertus ab Heiden: Dominus in Maubach: Iohannes Rupertus à Kesselstatt: Iohannes-Casparus à Lejen: Theodoricus Ludouicus à Bulich: Iohannes-Wilhelmus ab Hunolstein: Nicolaus Samson ab Hagen: Lotharius de Metternich: Iohannes-Petrus à Wallendorff: Carolus-Rudolphus à Mespelbrun: Philippus-Eberhardus Ridefelius in Camberg: Iohannes-Georgius ab Ambhausen: Iohannes-Eberhardus Mohr à sylua: Matthias à kerckringen: Samson-Faustus à Stromburg: Iohannes Bernhardus ab Hagen: Lotharius à Mertzenhausen: Wilhelmus-Wernerus ab Altsommerau & Brasberg: Ludolphus de Metternich in Hedesdorff: Fridericus à Stein: Dionysius de Rosareto: Lucas Raugrafius: Carolus Probstius: Cuno à Grauenstein D. Cancellarius: Arnoldus Schlaunius U. J. L. aulici iudicii Director. Henricus Bormannus à kessel, Consiliarius. Nicolaus Langmesser, Consiliarius. Henricus Burglouius Med. D. Iohannes Milauerus Secretar. Iohannes Remmerus: Rubertus Schveig. Philippus Greuel. Iohannes Fallius. Iohannes Paulus Gwinnius Theolog. D. & concionator aulicus: Iohannes Vignolius. Wilhelmus à Pfaltzel Diaconus. Iohannes-Iacobus Mertlachius. Franciscus Montrealius Cameræ Minister. Iohannes-Theodoricus krummel à Nachtersheim. Franciscus Bardinius. Eberbardus à Brambach: Iohãnes-Eherbardus Braun à Smitburg. Bernhardus ab Hanstein. Ludouicus à Brambach. Numerus Comitatus totius ad personas ducentas quinquaginta & vnam; equos vero centum & septuaginta vnum ascendit.

Ferdinandi II. Hungariæ & Bohemiæ Regis in vrbem Fran-

Die 18. Iulii Ferdinandus II. Hungariæ & Bohemiæ Rex, Archidux Austriæ, &c. Francofurtum celeribus equis aduenit. In comitatu eius Regio fuerunt Io-

M.DC. XIX. *Confurtẽsem aduentus.*

hannes-Vlricus ab Eggenberg L. Baro & Consilii secretioris Director. Leonardus-Helffridus à Meggau L. Baro. Secretioris consilii & Camerarius Regius. Maximilianus L. Baro in Trautmansdorff. Bernhardinus L. Baro in Herberstein. Iohannes-Iacob⁹ xysle L. Baro. Iohannes Georgius Comes in Hohensollern. Gũdaccerus Comes à Lichtenstein. Vratislaus Comes à Furstenberg. Wolffgangus-Sigismũdus Dominus in Losenstein: Maximilianus Comes à Dietrichstein: Gotfridus à Stadel L. Baro, Polycarpus Scheidt L. Baro: Gundaccerus à Polheim L. Baro: Iohannes Christophorus à Paar L. Baro: Bruno Comes à Mansfeld: Marquardus Vrsenbeck L. Baro: Iohannes-Ernestus Fuggerus L. Baro: Iohannes Fuggerus Iunior L. Baro: Georgius Seller Baro. Georgius à Nachot Baro. Gotofridus à Salnburg Baro. Guilhelmus Vratislaus Baro. Maximilianus à Walnstein Baro. Iohannes-Iacobus Curtius Wenceslaus à Pernstein Baro. Wenceslaus à Wurben Baro. Henricus à Colnbrat Baro. Carolus Comes de Portia. Carolus Dominus de Sandelier. Fridericus Caurianus. Carolus-Hannibal à Thonaur. Sdenico Popelius à Lobcouitz Baro. Berchtoldus Busubut Baro. Iohannes-Philippus Fuchsius. Leonhardus Gutz. Iohannes Baruitius. Rupertus Hegemuller. Hieronymus Eluar. Otto de Nostitz. Otto Melander Comes Palat. Consiliarius. Iohannes Fuchs. Gallus à Ragnitz Baro. Iohannes-Baptista Masonius. Iohannes-Iacobus Magnus. Hieronymus Stauderus. Alphonsus in Requesens Episcopus. Pater Willerius confessarius. Pater Amende concionator aulicus. Iohannes à Menzenacht. Daniel Lucanus. Maximilianus à Kochi. Gisbertus Vassus. Thomas Mingonius Medic. Doctor. Geruasius Vaglianus. Mouentius Barman⁹ Diaconus. Christophorus Grunbergerus. Iacobus Bruneo. Rudolphus Pucherus. Hermãnus Questenbergerus. Matthias Arnoldinus. Menoldus Hildebrandus. Laurentius Firentius. Gabriel Gerardus. Tobias Praun. Fridericus David Schaller. Philippus Fabricius. Totus comitatus personis trecentis & septuaginta, equis vero ducentis & quinquaginta quatuor constabat.

M.DC. XIX.

Bohemiæ Directores literas Protestationis Francofurtum mittunt.

Ad Electionis ista comitia Ordines & Directores Bohemiæ legatos suos Christianum Aderspachium Bercam, Iohannem Simlo-Michalouitsium, & Iohannem-Ar-

Arnoldum Adlingium ab Arnolstein cum protestationis literis ad Electorale collegium miserunt. Cum autem legati isti, vt locum in vrbe haberent, obtinere non possent, Hanouiæ subsistentes protestationis istas literas Moguntinensi Electori exhibendas curarunt, qui in hanc ipsis sententiam respondit. Mirari se, inquit, quod excogitatis variis rationibus & præiudiciis, tantopere querantur, quod post defunctum Matthiam Cæsarem, serenissimum Hungariæ & Bohemiæ Regem Ferdinandum, Archiducem Austriæ, Viennæ tum commorantem, ad electionem noui Imperatoris Francofurtum vocarit, conentur etiam ius electorale & coronam ipsi competentem in dubium vocare, & petant, vt vel comitia ista electoralia suspendantur, donec de iure sessionis Bohemiæ Regno competenti inter Electores conueniat & de priuilegiis paceque religionis certi reddantur; vel si suspensio ista fieri non possit, ipsi Bohemiæ Ordines ad electionis ista comitia accersantur & vocentur. Iam quod factum illud suum attinet, quo ex officio, iubente ita bulla aurea, electum vnanimi omnium Bohemiæ Ordinum consensu & coronatum, atque ita facto etiam ad Electorale collegiũ admissum & receptum Regem Ferdinandum, missis Viennam, vbi aulam suam tum habuerit, litteris ad electionis comitia vocarit, eius rationem & Deo & omnibus, ad quos rès istas pertineat, suo loco & tempore redditurum sese minime dubitare. Quod vero ad turbas Regni Bohemiæ attinet, illis minime delectari, sed potius iniuste afflictis serio condolere, & operam daturum promittere, vt facta tandem pace ab interitu Regnum illud vindicetur. De Ferdinando Rege affirmare verissime posse, eo ipsum animo esse, vt, dũmodo ad obedientiam se componant, seruitutis iugum aliquod imponi ipsis haud quaquam permissurus, sed potius ab omni eos detrimento confirmatis ipsis omnibus tam Religionis quam politicis Priuilegiis, vindicaturus & propugnaturus sit. Reliquam literarum partem & maxime petitionem de electione suspendenda, vel Ordinibus Bohemiæ ad eam vocandis ita comparatam putare, vt solus de ea decernere non possit, nec ad pacem regno conciliandam, si quidem Regi Ferdinando innotescat, facere quicquam posse existimet. M.DC. XIX.

Exeunte Iulio, Turrensis instructa insigni ad Lomnitium acie, in qua equitum turmæ quadragin- *Tinna vrbi à Turrensi Comite interceptà.*

M.DC. XIX.

ta sex, peditum vero vexillationes quadraginta octo numerabantur, ad pugnam cum Boucquoio faciendam profectus est. Ille vero in arenam descendere consultum minime ratus, pugnā detrectauit & in castris suis studiose se continuit, itaque insultu in Tinense oppidum facto, eoque intercepto, furorem in præsidiarios milites effudit, eosque cum finitimis omnibus trucidauit. Aduentantes paulo post, ignari istius rei, Bucquoiani aliquot officiarii, à nouo Turrensis Comitis præsidio intercepti sunt.

Confœderationis inter Bohemos, Morauos, Silesios & Lusatos inita capita.

Pragæ interim de instaurata nuper inter Bohemos, Morauos, Silesios & Lusatos confœderatione, consensio transactioqte facta, & capita eius vltimo Iulii die publice prælecta iuramentoque solenniter præstito acceptata confirmataque centum sequentia fuerunt. Principio vt omnis ista ad defensionem religionis facta confœderatio Deo grata & accepta sit, decreuisse Ordines, vt omnes & singuli cuiuscunque relligionis homines, piam & honestam vitam iuxta præscriptum verbi diuini agant & à peccatis contra conscientiam abstineant, concionatoribus adhortando, magistratu vero puniendo officium suum sedulo exequentibus. Rex Bohemiæ futurus, vbi capita hæc personæ suæ profutura videat & seruanda existimet, Iesuitas & extraneos nec ad consilia, nec ad legationes adhibeat. Iesuitæ & discipuli ipsorum ex regno proscripti, nūquam admittantur amplius, bona ipsorum confiscentur, & quod tabulis publicis ipsorum nomine inscriptum, extirpetur. Ordinem monasticum nouum præter eos, qui in Regno iam sint, introducere nec Regi nec Reginæ vnquam permittatur. Bona Ecclesiastica ad Ecclesias & Scholas sustentandas adhibita in alios vsus non conuertantur. Diploma Maiestatis à Rege in omnibus clausulis seruetur. Templa quæ in ciuitatibus, oppidis & pagis Protestantes modo possident, ipsis relinquantur. Morauiæ & Lusatiæ populi, qui diploma Maiestatis nondum acceperunt, eodem plenarie posthac fruantur. Exercitium religionis omnibus liberum permittatur. Ad beneficia Ecclesiastica extranei nulli admittantur. Catholici in Regno & Regionibus confœderatis habitantes decretum Consilii Constantiensis & Tridentini, de fide hæreticis non seruanda, abiurent. Articulos hosce seruent. Alioqui non admittantur, neque in regno tolerentur.

M.DC. XIX.

Spi-

Spirituales in secularibus nihil imperent. Prouinciales officiarii Protestantium religioni addicti sint. Eosdem Rex in officio suo confirmet. In locis istis, quæ Magistratum totum Catholicum hactenus habuerunt, magistratus ex Catholicis & Protestantibus posthac legatur. Quæ loca, magistratum maxima parte Protestantem habuerunt, totum Protestantem posthac obtineant. Priuilegia contra religionem & diploma maiestatis permissa, rescindantur & annihilentur. Quælibet prouincia suo iure & priuilegiis fruatur. Ad Regni successionem nullus imposterum designetur, nec vlli iuramentum præstetur. Condonatio Regis Hispaniæ posthac nulla sit. Nouum Regem Prouinciæ communibus votis eligant, idque in generalibus comitiis per sex vota, quorum primum Bohemi, secundum Morauí, tertium Silesii, quartum superiores Lusati, quintum inferiores Lusati, & sextum rursus Bohemi obtineant. Si paria vota duo plures ue electi habeant, res per sortem componatur. Rex electus articulos hosce seruet. Sin minus ad obedientiam ipsi præstandam nemo obligetur. Bellum sine consensu Statuū nullum inchoet. Castellum nullum extruat. Ad fideiussionem Ordines nullo modo adigat. Ad cancellariā Bohemicam Euāgelicos adhibeat. Nullū ex ea contra protestantes & diploma Maiestatis edictū promulgetur. Sua cuilibet Prouinciæ iurisdictio relinquatur. Hereditates sibi inuicē reciprocè pmittāt. Subditos suos inuicem nō detineant. Circa peregrinos omnis in Cancellaria moderatio adhibeatur. Partes ipsæmet audiantur. Commissarii ex indigenis eligantur. Nemo ad commissionem adigatur. In Cancellaria Bohemica res tantum Bohemicæ expediantur. Prouinciis aliis nihil præscribatur. Catholici probi ad confœderationem hanc admittantur. Ea aduersus omnes malum sibi intentantes refractarios vtantur. Prouinciæ confœderatæ vires suas vnanimiter, tanquam vera vnius corporis membra coniungant, iure suo singulæ vtantur. Contra cōfœderationem istā nihil moliantur. Proprios suos defensores iuramento obligatos habeant. Vno defuncto alius surrogetur. Causas quilibet in sua Prouincia expediant. In difficilioribus negotiis Ordines, & postmodo defensores omnes in consilium adhibeant. Bohemi potestatem habeant reliquarum prouinciarum defensores Pragam euocandi, & communi ipsorum consilio vtendi. Ante-

M.DC. XIX.

M.DC. XIX.

quam ad extrema perueniatur, media omnia defensores adhibeant & confœderatione ista casu tantum extremæ necessitatis vtantur. De auxiliis sibi inuicem confestim præstandis communi deliberatione prouinciæ transigant. Altera alteram de trăsactione ista certiorem intra semestre faciant: Subditi in studiis bellicis exerceătur, arma vero rusticis non permittantur. De exercitio isto militari Defensores se inuicem instruant. Necessitatis casu prouincia altera alteri auxilio quatuor hebdomadib. subueniat. Mittant igitur Bohemi Silesiis & Morauis cohortē peditum vnam & equites mille, Lusatis superioribus 300. pedites & 150. equites, Inferioribus vero 200. pedites & equites centum. Sicq; viceuersa prouinciæ illæ Bohemis totidem prēstent. Si auxiliū istud non sufficiat, viribus omnib. sibi inuicem subueniant. Prouincia quælibet suis copiis peculiarē præfectum præficiat. Coniunctis vero copiis generalis quidam dux præficiatur. Turbatis Prouinciis pro ratione periculi auxilium mittatur. Si duæ vel plures prouinciæ bello appetătur, auxilia distribuantur. Ea quamdiu bellum durat, continuentur. De apparatu bellico comparando deliberationem Prouinciæ suscipiant. Contributiones cereuisiarias & alias vsibus istis adhibeant. Similiter & bona Ecclesiastica Catholicorum ad vsus istos conuertantur. Qui repugnauerint his articulis Catholici in Ordinum numero non habeantur. In omnes qui confœderationi isti repugnauerint seueriter animaduertatur. Si prædictæ contributiones non sufficiant, alia insuper prouinciis imponatur. Pecunia autem inde collecta non nisi ad militares vsus adhibeatur. Defensores prouinciarum de expensis contributionis pecuniis sub fide silentii rationem quotannis reddant. Quod in comitiis ab Ordinibus decretum fuerit Regi replicando infirmare non liceat. Comitia vltra dies quatuordecim, nisi causa grauis & ardua sit, protrahătur. Proscripti Catholici nūquam recipiantur, sed bona ipsorum in prouinciarum gratiam vēdantur. Contumaces superstites ipsi quoq; eiiciantur. Hæreditariē cum Electoribus & prouinciis vicinis aliis confœderationes instaurentur. Nec vllis prouinciæ priuilegiis immunitatibusq; hisce confœderationis capitibus quicquā præiudicetur.

Comes Licho-Solmensis equitatus à Marchia-

Dum electioni noui Imperatoris Electores Francofurti incumbunt, equites quingenti, quos Philippus Comes Licho-Solmensis in

in Regis Ferdinandi gratiam in Belgio & Coloniensi territorio conscriptos in Bohemiam traducturus dicebatur, à Marchione Onoltzbacensi ad Aichstadium fusi fugatiq; fuerunt. Ea de re Elector Palatinus literas ad regē tali sensu dedit. Cognouisse, inquit, Philippum Solmensem Comitem quingentos in Belgio sub regis nomine conscriptos equites contra Bohemos itinere per vnitorum Principum & suam regionem facto, ducere constituisse, se vero spem bonam concepisse, Regem expeditionib. istis aduersus Bohemos non delectari, sed pacis potius studio teneri & ad eam componendā propensum esse: Eam ob causam intermittere non posse, quin regē petat, vt suis & vnitorum Principum Statuumq; regionib. parcat, & ne quid damni à transitu militum subditi accipiant, modis omnib. prohibeat. Reputare Regē facile secum posse, quandoquidem intercedendo apud defunctū Cæsarem id diligenter egerit, vt turbis istis cōpositis, pax & tranquillitas Regno suo restitueretur, iam vero videat, ad Ordines Regni (quibus periclitantib. cōmunis etiā periclitetur religio) opprimendos expeditiones multo maiores fieri, nō posse se ad transitus istos per suas & Vnitorum Principum Statuumque regiones faciendos, conscientiæ saltem ratione conniuere. Quod si igitur vel Solmensi Comiti, vel alteri cuipiam transitum eiusmodi militarem molienti, in suis Vnitorumq; regionibus detrimenti quid acciderit, excusatū fore se apud regem & oēs alios nequaquam dubitare. M.DC. XIX.

Ferdinandi Hungariæ, Bohemiæq; Regis in Regem Romanorū electio quomodo facta.

Post habitas aliquot ab Electoribus spiritualib. & secularium legatis in curia Frācofurtensi sessiones, cum legatos ab instructione sua remittere nihil nec posse nec velle Electores spirituales cernerent, ad Principales ipsorum, Saxoniæ nimirum & Palatinum Electores ablegati 24. Iulii die celeres nuncii fuerūnt, Rege interim cum Coloniensi Electore ad Ludouicum Hassiæ Landtgrauium concedentib. & venationib. sese reficientibus. Cum reuersi Francofurtum essent, habita iterum in curia sessione, significatum Regi fuit, vt ad iuramentum à Senatu populoque Francofurtensi ex aureæ bullæ præscripto præstādum, in curia nono Augusti compareret. Accepta 8. Augusti de pleniori potentia à Saxoniæ Electore resolutione, proclamari statim per tubicinem Magistratus curauit, vt peregrini omnes, præter eos qui ad Regis & Electorum Principum aulas pertinerent, vrbe egrederentur. Postero die iuramen-

tum

M.DC. XIX.

tum Electoribus in curia à Magistratu & ante curiam à ciuibus præsidiariisque ad mille militibus præstitum fuit. Postmodo continuatis sessionibus deliberationes variæ habitæ fuerunt, donec tandem electioni in templo perficiendæ 18. Augusti destinaretur. Cum dies iste illuxisset, Electores cum Rege ad pulsum maioris campanæ in curiam curribus delati, indeque horam circiter octauam habitu electorali pulcherrime induti ad templum San-Bartholomæi inter armatos & vtrinque dispositos ciues, equites vecti sunt, tali quidem ordine, vt Moguntino & Treuirensi præcedentibus, Rex Corona magni precii ornatus cum Coloniensi incederet, & seculares tres Legati tandem sequerentur. Erant in choro templi subsellia pro Rege & Electoribus magnifica parata & panno holoserico rubro nigroque constrata. Conclaue vero in quo electio perficienda, tapetibus preciosissimis auroque & argento intertexto nitentibus, exornatum vndique cernebatur. Illud, peractis primum in Choro sacris, ingressi Electores FERDINANDUM Regem elegerunt, electum produxerunt, inque supremum Chori altare omnibus spectandum collocarunt, Electoribus spiritualibus iuxta eum in gradu superiori, secularium vero legatis in inferiori consistentibus. Inde cum in theatrum ad introitum Chori in templo excitatum perductus, ibique publice proclamatus esset, post factam à spectatoribus felicem acclamationem, decantatumque Diui Ambrosii hymnum, campanæ pulsatæ & tormenta in vallo maiora tribus vicibus displosa sunt. Peractis iam omnibus, templo rursus ad horam duodecimam egressi & conscensis equis ad aulam Regis tali quidem ordine vecti sunt, vt Treuirensis solus præcederet, eum secularium Electorum Legati, Palatinus cum Imperii Orbiculo, Brandenburgicus cum sceptro, & Saxo cum gladio medius sequerentur, deinde Rex solus incederet, & Moguntinus cum Coloniensi Electores ipsum sequerentur.

M.DC. XIX.

Facta feliciter electione, Aquisgranum & Norimbergam Nuncii, qui coronam, sceptrum & ornatum ad coronationem reliquum afferrent, missi sunt. Interea Ludouicus Hassiæ Landtgrauius & Hispaniarum Regis Legatus Fràcofurtum, vt Regi gratularentur, aduenerunt, & vsitata ad coronationem præparatio, ponte à curia per forum ad templum vsque traducto,

ducto,

M. DC XIX.

cto, culina ad bouis assationem
te curiam extructa, puteo qui
no albo rubroq; saliret, tubis in
ra clam absconditis excitato &
to in curia ad regale prandium
mparato tapetibusq; magnifice
ornato, vt & theatris solioque
gali in téplo dispositis facta fuit.
Exeunte Iulio bis mille Hunga
qui direptionibus & incendiis
ca omnia in Bohemia & Austria
festa reddiderant, cum præda-
m satis acquisiuissent, dehortan
ous eos à conatu isto Hungariæ
rdinibus, domũ cum omni præ-
,ciá sese subducẽtes reuersi sunt.
os secuturus Sumadius quoque
ungaricus præfectus cum quin-
ntis quos ducebat Hungaris di-
batur, itaq; hoc audito Bucquo
s id negotii cataphractis wallen
inii equitibus dedit, vt ad tran-
um eos expectarent, quo facto
uentantes, præda omni erepta
si fugatique fuerunt.
In Portugalliam profectus Hi-
aniarum Rex 1. Augusti Lysabo
m splendide ingressus est. Belle-
o primum quod Portugalliæ Re
m sepulturæ destinatũ monaste
um est, ad mare curru delatus, tri
mem regiam ingressus, & comi-
ntibus eum duodecim regiis &
ctuaginta aliis triremibus, nec
on nauigiis aliis plurimis ad vr-
m profectus est. Cum non pro-
l ab vrbe iã abesset, multi pisces
ex ligno affabre facti, itemq; balæ
na ingens & currus triũphalis, quẽ
cum insidenti ipsi Neptuno duo e
qui marini protraxerunt, in occur
sum ipsi natantes, aduenerunt. Por
tum assecuti, exscensionẽ, inter cre
bras tormentorum displosiones fe
cerunt, moxq; ibi sub erecto & ma
gnifice exornato arcu triumphali
à præfecto consiliariisq; Regiis &
proceribus aliis except' & sub vm
bella in vrbem adductus fuit. Erát
in platea, qua transeundũ, tres ar-
cus triumphales, primus ab Anglis
in ingressu, ciuitates Regni omnes;
alter in medio ab aurifabris, fusas
ex argento icones omnes regias,
& tertius in exitu à Belgis, Prouin
cias Regni & Austriacam prosapi-
am spectandam exhibẽtes, magno
sumptu excitati. Per illos, præmis-
sis Regni Principibus, Comitibus,
Nobilibus & Proceribus aliis ve-
ctus Rex, equo descẽdit & téplum
ad sacra peragenda ingressus fuit.
Illis peractis, de priuilegiis Regni
omnibus confirmandis & conser-
uandis iuramẽtum præstitit. Inde
sub vmbellam aliam susceptus in-
uestituram regni à Comite de Por
talegre accepit. Accedẽtes deinde
Principes, Comites Proceresq; o-
mnes, manus ipsi congratulantes
deosculati sunt. Peractis omnib',
sub vmbella in palatium regium
magnifice exornatum, præmissis
qui cereos ardentes gestabãt, qua-

M. DC. XIX.

draginta nobilibus pueris, ad cœnam, principe, infante & comitatu Regio omni profectus fuit.

Confœderatio Regni Boh. noua à Morauiæ ordinib. acceptata.

Sub initium huius mensis à Morauiæ Ordinibus Prinnæ cõgregatis decretum factum est, vt inita nuper & iuramento confirmata inter Bohemos, Morauos, Silesios & Lusatos confœderatio rata esset, omniaq; eius capita perpetuis temporibus constantissime seruarentur. Ad patriã suam ab immani tyrannide & inaudita, quã Tampirensis ibi exercuerit crudelitate vindicãdã, prçter eos quos in præsidiis haberẽt, milites adhuc mille & quingẽti cõscriberẽtur illisque Rudolphus à Schleinitz præfectus daretur. Decretum de pscriptis ob perfide adminstratã Rẽpub. Prouincia perpetuo excludendis bonisq; ipsorum in Prouinciæ gratiã apprehẽdẽdis & vẽdẽdis à congregatis ibi paulo ãte Ordinib. factum, ratum & firmum haberetur. Bona Ecclesiastica Episcoporum, Monachorũ & Monialium õia, cũ auxilio venire Ordinib. nec milite nec pecunia per cõsciẽtiã posse se, publice, & expresse professi sint, sequestrata, Ordinib. attribuerẽtur & in Rei boniq; publici gratiã, nemine cõtradicẽte, diuenderẽtur. Abbatib. Prælatis, Præpositis & cuiuscunq; ordinis Monachis, Monialib. itẽ quæ coniugiũ respuentes in statu isto libere permanere voluerint, de cõmoda & sufficiẽti sustentatione ex diuenditis bonis istis accipienda prospiceretur. In ædificiis & Monasteriis cœnobiisq; tã intra quã extra ciuitates cõstitutis, diligens in arma inquisitio fieret, eaq; cũ auro, argẽto pecuniaq; õi Ecclesiasticis personis ablatã, in Reip. cõmodũ deriuarentur. Ciuib. subditisq; omnib. Catholicis, cũ factionis istius participes deprehendãtur, facta diligenti in ædib. ipsorũ inquisitione, arma erepta, ad destinatũ psis locũ deponerentur. Cumq; magistratum etiã & officiarios alios suspectos habeãt fidemque ipsis habere per õia non possint, rationem administratæ prouinciæ coram deputatis redderent, & ab officiis, surrogatis in locum ipsorum ex Protestantium numero aliis, remouerentur.

Tãpirensis exercitus in Morauia casus.

At vero Tampirensis vt eos coherceret, & confœderationi Bohemorum, reuocato exercitu suo, nunciũ remittere cogeret, cum octo equitum peditumq; millib. Regionem ingressus est, & occupata munita admodum arce losuitsensi, de Principis Lichtensteinii arce intercipienda, hocq; ipso, trãsitum in vniuersã regionẽ sibi aperiendo cogitauit, sed præuenientes Morauiæ Ordines, arcem istam in suam potestatẽ vindicatã firmissimo prçsidio munierunt. Hoc viso, cũ nouum ex Hungaria auxiliũ accepisset, impetũ in Diffenbachii ditionem

nem fecit, cumq; & ipsã munitã deprehenderet, pagis quibusdam in finib. istis direptis atq; incensis, ad Niclasburgum oppidum applicauit, verum repugnantib. fortiter præsidiariis, reiectus & inde, cum non exigua suorũ clade fuit. Exacerbati autem infestationib. istis Morani, cum tribus millibus & quingentis Prouincialib. partim, partim etiã cõscriptis extraneis militibus, in occursum Tampirensi profecti sunt, cumque 5. Augusti ad Vistricum, cum nouem equitum peditumq; millibus subsistentem deprehendissent, coorta statim pugna ex loci istius angustiis in patentem campum recedere, post non pauca suorum funera eum coegerunt. Morauos quidẽ pugnam prosecuturos non putabat, at ipsi ardentibus furore animis tam fortiter in eum mouerũt, vt pugna ad horas sex protracta & continuata, duob. equitum peditumq; millib. cæsis, fugam eum arripere coegerint. In prælio isto Comes de Montecuculi, Saxo-Lauenburgicus & alii multi lethaliter vulnerati & mortui postmodum fuerunt. Erãt in feruore isto Morani Tãpiricis ob tenebras à fumo & puluere excitatas plane permixti, vt mirum plane fuerit, non plures quã trecentos circiter occubuisse, totidẽ ñ ferè vulnerati deprehensi sunt, atque ita Tampirensis Morauia tum excedere, & literas Viennam, pro submittendis nouis copiis mittere coactus fuit. M. DC. XIX.

Bucquoius interim in Bohemia arcem Vechinensem occupauit, subiectũq; opidulum & quindecim pagos direptos incendio vastauit, cumq; Francum aduentare cum mille & ducentis sclopetariis audiuisset, qui eũ præstolarentur octies mille in insidiis collocauit, at ille de insidiis istis tempestiue admonitus, Thaborem versus declinãs periculũ feliciter euitauit. *Vechinẽsis arx à Bucquoio intercepta.*

Cæterum Directores 19. Augusti cum præsentib. Morauiæ, Silesiæ, Lusatiæq; superioris & inferioris legatis, consilio à matutino tempore ad horã vsq; tertiã postmeridianam, ianuis clausis, habito, decreuerunt tandem Ferdinãdum Regem Regno plane abdicãdum & nunquã admittendum, sed alium eligendum esse. Hoc decreto à Bohemis quidem hora tertia eiusdem diei, à Morauis vero vigesimo & à Silesiis Lusatisq; vigesimo primo die publicato, populus 24. & 25. ad preces ꝑ impetrando à Deo Rege Regno isti conuenienti admonitus pro concione è suggestis fuit. Die 26. Aug. habito iterum cõuentu, post preces & cantiones sacras peractas, Fridericus V. Elector Palatinus in Regẽ Boh. per maiora electus & procla- *Fridericus V. Palatinus Elect. in Bohemiæ Regem electus.*

M.DC. XIX.

matus fuit, votis quidem ex procerum statu triginta sex, ex equestri vero statu nonaginta & vno, ad electionem istam concurrentibus, & ciuitatibus fere omnibus cõsentiẽtibus. Postero die, cũ collectis Morauiæ, Silesiæ Lusatiæque Legatorum votis, vnanimi consensu ad eundem Palatinum Electorem directa ea fuisse, depræhensum esset decantato Ambrosii hymno, eam panisq; pulsis, tormentorũ displosio facta & quintum repetita fuit, legatis, qui ad Electorẽ de electiõe ista referrẽt, à Regno & trib⁹ prędictis Prouincis sequẽti die deputatis.

Pissica à Bucquoio, armata manu expugnata.

Dum hæc Pragæ fiunt Bucquoius cum vniuerso exercitu ad Pissecã progressus, suburbiũ igne deleuit, missoq; ad Hacquium duarũ in vrbe vexillationum præfectum tubicine, excedere ipsum & deditionẽ sibi facere iussit. Recusauit ille & ad extremum vitæ spiritũ pugnaturum se pro vrbe, vt honestum deceat militem, respõdit. Bucquoius igitur ira & furore ingenti accẽsus, insultum fieri quatuor simul locis curauit. Tametsi vero repugnante fortiter præsidio multi prosternerentur, superior tamẽ factus vrbem armata manu occupauit, quo facto, in omnes promiscue desæuitum, præfecto in cruce macto & Primate gladio percusso, vrbs direpta & incendio vastata miserabiliter fuit. Accepta in vrbe ista ingenti, cũ machinis aliquot & duobus arietibus, quibus ad Pilsnã vrbem vsus ante hæc tempora Mansfeldẽsis fuerat, præda, Straconitiũ (qđ & ipsũ paulo ante interceperat) versus regressus, de Pilsna porro obsidenda cogitauit. Bohemi quidem ipsum persecuti sunt, sed aggredi tamen instructa acie procedentem ausi non fuerunt. Multi etiam cum liberis & vxoribus omnibusque fortunis Verauno & aliis ex locis Pragam, metu ingenti perculsi, abierunt.

M. DC. XIX.

Ferdinãdi Regis coronatio Francofurti feliciter peracta.

De felici Ferdinandi Hungariæ & Bohemiæ Regis, in Regem & futurum Romanorum Imperatorẽ electione paulo ante dictũ est. Cum igitur Maiestati eius placeret vt ad exemplum defuncti Imperatoris Matthiæ Francofurti itidem coronaretur, missis, qui insignia & habitum ornatumq; Cæsarium Aquisgrano & Norimberga afferrẽt, omnia ad coronationis istã solennitatem necessaria, vt supra quoq; dictum, parata fuerunt. Cùm dictus coronationi dies, 30. nẽpe Augusti veteris vel 9. Sept. noui Calen[illegible]dia desset, biduo antem ante Lud[illegible]cus Hassiæ Lantgrauius cũ duo[illegible] & Philippo fratre suo, p[illegible] eius diei, Legati Norimber[illegible] cum diademate & insigni I[illegible] ornatu alio in vrbem aduen[illegible] portæ quidem non apertæ, [illegible]sidiarii vero mi-

litea

M.DC. XIX.

lites in vallo, & ciues armis instru cti per plateas passim, maxime autem ab aula Regis ad curiam, inde que ab vtroque pontis latere, ad San-Bartholomæi templum vsq; distributi fuerunt. Media septima Electores spirituales ad templum profecti seiunctim, ibiq; mutato Electorali habitu. pontificalia induti fuerunt, aduētum Regis præstolantes, qui horam circiter octauam equo generosissimo insidēs, tali quidem ordine ad templum vectus est: Præmisso magno Officiariorū, consiliariorum, & nobilium personarum pedibus incedēntium numero, duo Lodouici Hassiæ Lantgrauii filii cōiuncti, & postea Pater Ludouicus cū fratre Philippo equites incesserunt. Secuti sūt quinq; caduceatii, itemq; triū secularium Electorū legati, Orbiculum Imperii Sceptrumq; & gladiumRegi præferentes, qui habitum Electoralem indutus & diademate caput ornat⁹; sub vmbella, quā duo cōsules, Daniel Stalburgerus & Philippus Orthius, & quatuor senatores Francofurtenses, Iohānes-Philippus Weissius, Hieronym⁹ Stephan⁹, Iohannes-Stephanus Schadæus & Iohannes Philippus Otthius gestabāt, equo generosissimo vectus fuit. Vt ventū ad templū est, Electores Spirituales pontificalia induti, cū suffraganeis & quibusdā ex clero aliis obuiā Regi, ex Choro ad fores vsque tēpli processerunt, exceptūq; honorifice ad altare, quod ante Chori ingressū cernitur, perduxerunt. Inde sedē precatoriā, quę corā altari posita & tela argentea constrata, vmbella eiusdē materię ex fornice super eā demissa, cernebatur, ingressus, cū subsellia quoq; sua Treuirensis ad dextrā, Coloniensis vero ad sinistram panno holoserico rubro cōstrata occupasiēt, Rex, accepto, qui in sede ista positus erat, libello, ad orandū sese, adsistentib; ipsi legatis secularib. cōposuit, Musicis interea hymnū illum, Gloria in excelsis &c. decātātib. Inchoato deinde à Moguntino Electore Missæ officio, reliqui Electores & legati Regē ad aram, indeq; post acceptā benedictionem, ad regale solium, quod vno atq; altero supra sedē precatoriā gradu eminebat, abduxerūt. Continuato officio, ad arā rursus accessit, & in genua ibi cū Electoribus, Electorumque legatis procidit, donec Litania super ipsum legeretur. Ea finita, quæstiones visitatæ, velitne Christianam & Catholicam religionem retinere, Ecclesiam defendere, iustitiā omnibus administrare, Imperiū augere & amplificare, viduas & pupillos tueri; pontifici Romano debitū honorem exhibere, ipsi à Consecratore propositæ fuerūt. Cū affirmādo ad singulas respōdisset, suā-

Ee 3 que-

M. DC. XIX.

que affirmationem iure iurando confirmasset, conuersus ad Electores, legatos & adstantem populū Consecrator, vellentne ipsi se submittere, eius regnum stabilire & mandatis eius obedientiam præstare, eos interrogauit. Cum annuissent & fieri ipsum Regem debere alta voce clamassent, nudatum certis locis Consecrator accessit, & accepto oleo verticem, ceruicē, pectus & dextrum eius brachium manusq; inunxit, additis semper verbis; vngo te in Regē oleo sāctificato in nomine Patris & filii & spiritus Sācti. Peracta vnctione Electores Spirituales cum suffraganeis Regē, Chorū in conclaue electionis duxerunt, abstersoq; oleo vetustū illum Imperialē & pontificalem habitum Norimberga allatum, ocreas nempe & Albā longam, stola diuaricatim à collo per pectus traducta atq; superiniecta, Chirothecis item manib. additis, induerunt, atq; ita Diaconi alicuius more vestitum ex Choro iterū ad sedē precatoriā produxerūt, vbi Consecrator eum noua benedictione impertiuit. Finitis precib. in soliū Regiū Rex ascēdit, Treuirensis vero & Coloniensis Electores gladiū Caroli Magni, ab altari, in quo reposit⁹, vna cū Corona & sceptro fuerat, ablatū & euaginatū in man⁹ Regi dederunt, consecratore dicēte, accipe gladiū per man⁹ Episcoporū. Cū vero cōsecrator diceret, Accingere gladio tuo &c. gladius iste in vaginā iterū recōditus & Regi per secularium Legatos alligatus fuit. Consecrator porro annulū ab altari deprōptū cū certorū verborū pronunciatione digito Regis induit, Sceptrū itē & orbiculū Imp. ab altari itidē deprōpta, in manus ei, sceptrū quidē in dextrā, orbiculū vero in sinistrā tradidit, adiectis verbis; Accipe virgā virtutis & æquitatis. Tādem diadema regiū ab altari allatū tres Electores spirituales coniūctim, ipsi, additis verbis, accipe Coronam Regni, imposuerūt, & aurato eum Caroli Magni pallio condecorarūt. Hoc facto Rex ex solio suo descēdēs, seculariū Electorū legatis, Palatino quidē orbiculū Brandenburgico vero sceptrū porrexit, & ad altare iterū progressus, iusiurādū, quod ōia quæ bonū Imperatorē decent facturus esset, præstitit. His ita peractis, Missæ officiū, cōcedēte interim ad soliū suū Rege, continuatū, musicaq; elegans habita fuit. Inde ad altare iterum deductus Rex, peracto sacrificio, Cænæ sacræ Sacramētū à Consecratore accepit. Omnibus ita peractis & precib. etiā finitis, præeunte Consecratore Mogūtino, Treuirēsis & Coloniēsis assūptū in mediū Regē, in excitatū versus meridiē theatrū, multis preciosissimis tapetib. vndiq; exornatū, & paño rubro in paulmēto cōstratū, abduxerunt,

M. DC. XIX.

præcedentib.eũ,cũ insignib.Imp. secularium Electorũ legatis, suffraganeis vero& clero reliquo sequẽtib. Cũ eo ventũ, spirituales eũ in thronũ regiũ,nonnihil eleuatum& panno aurato vndiq; obductum, nec nõ vmbella ex holoserico rubro coopertũ collocarunt, Musicis interea San Ambrosii hymnũ decantãtib. Finita musica, Moguntinus Regẽ accedẽs suo reliquorũ que Electorũ nomine ipsi gratulatus, vniuersũ Imp. quã optime & diligentissimè ei commendauit, moxq; cũ Treuirensi & Coloniẽsi vniuersoq; clero theatro descendens, chorũ ingressus est, vbi deposito Episcopali habitu, Electoralẽ iterũ induerunt. Rex in solio isto permanẽs, auratos aliquot eq. tes gladio Caroli Magni percussos creauit, postmodũq; cõsurgẽs theatro descendit & tẽplo tali ordine egressus est, Præmissis ministris aulicis, consiliariis itẽ Cæs. & Electorũ Principũ, nec nõ nobilib. personis quãplurimis, Comites & Barones incesserunt. Successit, præmissis quinq; caduceatorib Treuirẽsis solus, Palatinus & Brandẽburgicus orbiculum sceptrũq; gestãtes coniuncti, & Saxo gladiam præferẽs solus; Hunc secutus est Imp. ipsemet diademate & habitu Imp. indutus solus, sub vmbella, quã Senatores Frãcofordiẽses supra nominati gestabãt, incedẽs. Agmẽ postmodo Moguntinus & Coloniẽsis cõiuncti, pedites M. DC. XIX. õnes incedẽtes claudebant. Hoc ordine recta ad curiã per pontẽ panno rubro cõstratum & obductum processerunt. secuti sunt autẽ eos tres ministri Regii equis vecti, qui numismata aurea & argẽtea, rotunda & quadrata forma, maiora & minora in populum proiecerunt. Maiora numismata vna facie brachium ex nube porrectum & coronã regiã manu tenẽs, cum inscriptione, legitime certãt. b. altera hãc scripturã: Ferdinãdus II. Hungariæ & Boh. Rex, Coronatus in Regem Romanorum IX. Sept. 1619. Minora, ab vna parte literã F. cum Corona & binario numero, ab altera Coronã, & hæc verba; Coronatus in Regẽ Roman. 19. Sept. 1619. referebãt. Proiecto ista tantum in populo tumultum excitauit, vt vix progredi præ affluentis populi multitudine, equis licet veherẽtur, ministri illi possent. Pãnus vero, quã primum Rex præter iisset, magno impetu dissectus, discerptus & direptus à populo fuit. In curiæ palatio mẽse interim Regis & Electorales magnificẽtiss. paratę & instructę fuerũt, tribũ in secularium Electorũ mẽsæ holoserico rubro, vt & Boh. Electoris mẽsa, constratę mãserũt, nec quicquam in eas ferculorũ ex aureæ bullæ cõstitutione illatũ fuit. Pòstquã autem in Palatiũ ventum, Legati statim ad officia Electoralia, principalium suo

M.DC. XIX.

rum loco exequenda sese accinxerunt, & Pappenheimius quidē hæreditarius Imp. Mareschalcus conscenso equo in auenarū cumulum, inter puteum & culinam in patenti ante curiam area coacervatum cū mensura argentea delatus, mensuram cōpleuit & argenteo radio complanauit, ministroq; asseruandam tradidit, populo auenam postmodum omnem diripiente. Successit postmodum ex Brandēburgicis legatus aliquis, & equo ex curia vectus pollubrū argenteū cum inaurato gutturnio & mantili, in mēsa ad culinā vbi taurus assabatur, disposita accepit & ad curiā detulit. Tandem Palatini Electoris Dapifer hæreditarius ex curia aduectus, fercula quædam de assato in culina publica tauro quatuor argenteis patinis condita & ad culinā exposita accepit, inque curiā detulit, quo facto turbæ magno in culinā impetu proruentes, taurum, qui integer cū capite, pedib. vngulis, cauda & cornib. assatus, & leporibus, cuniculis, agnis, succulis, anserib. & aliis id genus altilibus volatilibusq; mirabiliter fartus erat, discerptū & cōscissum abstulerunt, disturbataq; culina asseres & ligna omnia diripuerunt. Dum hæc ita fiunt, & Rex Electoresq; ad mēsas quisq; suas cōsident, puteus ante curiā in rupis seu scopuli alicuius formā conformatus, albo rubroq; vino ex coronato bicipitis Aquilæ, quæ inter duos leones insignia Imp. sceptrū globum, & gladium gestantes consistebat, ore fluere cœpit, & vinū quidem in supposita duo magnæ capacitatis vasa trib. horis largiter promanauit, facta plurimis hauriēdi & bibendi quantū vellent potestate, donec tandem à furentis populi multitudine, frustra prohibentibus, qui ei custodiendo adhibiti erāt, puteus dissipatus & Aquila cum Leonib. aliisq; ornamentis omnib. abrepta fuit. Cōtinuato ad horā quintam cū magna lætitia regali prandio, Imperator curia descendens ad aulam suam, comitantibus eum Electorib. profectus est. Sequentibus diebus decursationes in foro equario habitæ, & Palatini Brandenburgiciq; vt & paulo post Saxoniæ Electorum legati ad suos reuersi sunt, multis felicia quæq; Cæsari cōprecantib. & pro salute incolumitateq; eius vota carmine faciētib. quibus calculum ipse quoq; addo & subscribo.

M.DC. XIX.

FINIS TOMI PRIMI.

DE BEL-